**An. et vol. CX** **2 Martii 2018** **N. 3**

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

*Directio*: Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio*: Libreria Editrice Vaticana

# ACTA FRANCISCI PP.

## LITTERAE DECRETALES

**Quibus Salomoni Leclercq Sanctorum honores decernuntur.**

FRANCISCUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

«Dico autem vobis: Omnis, quicumque confessus fuerit in me coram hominibus, et Filius hominis confitebitur in illo coram angelis Dei» (*Lc* 12, 8).

Verba haec beato fratri Salomoni Leclercq probe referri possunt, qui primus Instituti Fratrum Scholarum Christianarum fuit martyr, anno MDCCXCII interemptus Francogallicae Seditionis tempore, quae Ecclesiam inimicam habuit profligandam. Eius christiana testificatio annis ponitur acerrimis populi seditionibus notatis. Eius vitae narratio Gesoriaci incipit, ubi natus est, et Caracae in Venetiola finem obtinet, ubi anno MMVII decretorium evenit miraculum, ut eius fama e sui Instituti angustis finibus egrederetur, postquam anno MCMXXVI ei una cum CXC sociis Beatorum honores Decessor Noster Pius XI tribuerat.

Beatus Salomon Leclercq (saeculari nomine Guillelmus Nicolaus Ludovicus appellatus) Gesoriaci, in Francogallia, dioecesis Atrebatensis, natus est die XIV mensis Novembris anno MDCCXLV. Eius pater erat mercator in Ima Urbe, ubi opera portus fervebant. Suos praeter quattuor fratres, Nicolaus scholam de rebus mercatoriis frequentavit, quam ea in urbe Fratrum Scholarum Christianarum sodales moderabantur. Quod, addita christiana institutione in familia recepta, effecit ut futura vocatio definiretur. Patris propositum fuit ut eius operis locum occuparet. Etenim absolutis studiorum

curriculis, cuidam mercatori est traditus prope Gesoriacum opus facturus, et exinde missus est Lutetiam Parisiorum, alii amico mercatori subiectus. Quod vidit Nicolaus, praesertim Lutetiae Parisiorum, non placuit. Ideo Gesoriacum regressus, suorum incommodorum rationes patri significavit atque suam manifestavit voluntatem exempli sequendi suorum pristinorum magistrorum. Die XXV mensis Martii anno MDCCLXVII novitiatum est ingressus Sancti Ivonis Rotomagi. Vota nuncupavit anno MDCCLXIX et mense Septembri anni MDCCLXX Marevillam ut doceret missus est. Perpetua vota anno MDCCLXXII nuncupavit atque eodem anno adiutor nominatus est fratris Lotharii, novitiatus Marevillae moderatoris, in cuius locum est suffectus. Anno MDCCLXXVII illius magnae domus *procurator* est nominatus. Quod munus tres annos sustinuit, quoniam anno MDCCLXXX ut mathematicam doceret missus est ad scholam apud Melodunum. Quinto decimo completo perpetuorum votorum nuncupatorum anno, ut Regulae postulabant, Capitulum Generale anni MDCCLXXXVII participavit. Capituli secretarius est nominatus, quo completo, idem munus ei est concreditum apud fratrem Moderatorem Generalem. Turbidi et perniciosi advenerunt anni Seditionis. Anno MDCCXCI, cum fratres et idem Moderator Generalis domum, in Via Nova positam, coacti sunt relinquere, sperantes tempestatem abituram, ipse eiusdem custos solus mansit. Etsi civile vestimentum induebat, incognitus non fuit, sive quod templa adibat in quibus sacra celebrabant sacerdotes qui ius iurandum civili regimini non dederant, sive quod Instituto inserviebat et Ecclesiam affectabat Summo Pontifici fidelem, in se Ecclesiae inimicorum studium convertens. Die XV mensis Augusti anni MDCCXCII publici custodes in domum illam Fratrum Scholarum Christianarum impetum fecerunt et ceperunt fratrem Salomonem, unum religiosum qui ibi manserat, illam tuiturus. Eum detentum in claustrum Carmelitarum perduxerunt. Nonnullos post dies in claustri hortis immaniter necatus est, ubi nefariae interniciones diebus illis sunt patratae: scilicet CLXVI sacerdotes et religiosi, in vinculis detenti propterea quod Constitutionem civilem cleri iurare recusarunt, nullo iudicio sunt interempti et eorum corpora in hortorum puteum proiecti. Id die II mensis Septembris anno MDCCXCVII evenit. Paucis ante diebus quam moreretur frater Salomon sic cuidam sorori scripsit: « Patimur laetitia gratoque animo propter cruces et aerumnas quae nobis sunt missae. Quod ad me attinet, non sum dignus qui pro Eo patiar, quandoquidem hucusque nihil mali sum expertus, dum tot sunt fidei confessores qui in difficultatibus versantur ».

Processus Informativus Ordinarius Servorum Dei Ioannis Mariae du Lau, Archiepiscopi Arelatensis, Francisci Iosephi de la Rochefoucauld, Episcopi Bellovacensis, Petri Ludovici de la Rochefoucauld, Episcopi Santonensis, et Sociorum, in odium fidei Lutetiae Parisiorum mense Septembri anno MDCCXCII interemptorum, in archidioecesi Parisiensi die XIV mensis Martii anno MCMI incohatus est, cum Archiepiscopus Metropolita Parisiensis, Eminentissimus Dominus Franciscus Maria Beniaminus S.R.E. Cardinalis Richard de la Vergne dioecesanum tribunal constituit, quod die V mensis Februarii anno MCMVI opus perfecit. Romam translatus, Processus anno MCMXVI ad finem est adductus. Die XII mensis Iulii illius anni Decretum super non cultu prodiit; annis MCMXXIV-MCMXXVI Congregationes super martyrio habitae sunt et tandem die IV mensis Octobris anno MCMXXVI Processus est perfectus per Congregationem de Tuto. Huius manipuli CXCI martyrum beatificatio die XVII mensis Octobris anno MCMXXVI acta est. Frater Salomon LVII tenet locum in martyrum indice bullae «Teterrima ac miseranda seditio» per quam Decessor Noster Pius XI eos beatificavit.

Canonizationis causa Congregationi de Causis Sanctorum mira sanatio exhibita est alicuius puellae quinque annorum in Venetiola. Seiuncta Salomonis a sociorum causa, dioecesana Inquisitio in archidioecesi Caracensi die XIX mensis Ianuarii incepit et die XXIX mensis Septembris anno MMXI ad finem est adducta. Die VI mensis Iulii anno MMXII Decretum validitatis dioecesanae Inquisitionis super miro prodiit et die III mensis Martii anno MMXVI Medici Consultores putarunt eventum secundum scientiam inexplicabilem. Congressio Peculiaris Consultorum Theologorum die V mensis Aprilis anno MMXVI, faventi lato suffragio, acta est atque in Sessione Ordinaria die III subsequentis mensis Maii Cardinales et Episcopi sanationem verum miraculum iudicarunt. Nos Ipsi die X eiusdem mensis Maii statuimus ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum de miraculo foras daret atque in Consistorio die XX mensis Iunii anno MMXVI decrevimus ut beatus Salomon Leclercq in Sanctorum catalogum die XVI mensis Octobris eodem anno Romae referretur.

Hodie igitur in foro Petriano inter Missae sollemnia hanc pronuntiavimus formulam:

Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum

Nostrorum consilio, Beatos Salomonem Leclercq, Iosephum Sánchez del Rio, Emmanuelem González García, Ludovicum Pavoni, Alfonsum Mariam Fusco, Iosephum Gabrielem del Rosario Brochero et Elisabetham a Sanctissima Trinitate Catez Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Octobris, anno Domini bis millesimo sexto decimo, Pontificatus Nostri quarto.

EGO FRANCISCUS

Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Piva, *Proton. Apost.*




Loco ✠ Plumbi
*In Secret. Status tab., n. 360.149*

# LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

*Imparare a congedarsi.*

**Quibus cessatio a munere exercendo ordinatur, ob aetatem, quorundam qui officia e nominatione pontificia adimplent.**

«Imparare a congedarsi», è quello che ho chiesto, commentando una lettura degli Atti degli Apostoli (cfr 20, 17-27), in una preghiera per i Pastori (cfr *Omelia nella Messa a S. Marta*, 30 maggio 2017). La conclusione di un ufficio ecclesiale deve essere considerata parte integrante del servizio stesso, in quanto richiede una nuova forma di disponibilità.

Questo atteggiamento interiore è necessario sia quando, per ragioni di età, ci si deve preparare a lasciare il proprio incarico, sia quando venga chiesto di continuare quel servizio per un periodo più lungo, pur essendo stata raggiunta l'età di settantacinque anni (cfr *Discorso ai Rettori e agli Alunni dei Pontifici Collegi e Convitti di Roma*, 12 maggio 2014).

Chi si prepara a presentare la rinuncia ha bisogno di prepararsi adeguatamente davanti a Dio, spogliandosi dei desideri di potere e della pretesa di essere indispensabile. Questo permetterà di attraversare con pace e fiducia tale momento, che altrimenti potrebbe essere doloroso e conflittuale. Allo stesso tempo, chi assume nella verità questa necessità di congedarsi, deve discernere nella preghiera come vivere la tappa che sta per iniziare, elaborando un nuovo progetto di vita, segnato per quanto è possibile da austerità, umiltà, preghiera di intercessione, tempo dedicato alla lettura e disponibilità a fornire semplici servizi pastorali.

D'altra parte, se eccezionalmente viene chiesto di continuare il servizio per un periodo più lungo, ciò implica abbandonare, con generosità, il proprio nuovo progetto personale. Questa situazione, però, non dev'essere considerata un privilegio, o un trionfo personale, o un favore dovuto a presunti obblighi derivati dall'amicizia o dalla vicinanza, né come gratitudine per l'efficacia dei servizi forniti. Ogni eventuale proroga si può comprendere solo per taluni motivi sempre legati al bene comune ecclesiale. Questa decisione pontificia non è un atto automatico ma un atto di governo; di conseguenza implica la virtù della prudenza che aiuterà, attraverso un adeguato discernimento, a prendere la decisione appropriata.

Cito solo come esempio alcune delle possibili ragioni: l'importanza di completare adeguatamente un progetto molto proficuo per la Chiesa; la convenienza di assicurare la continuità di opere importanti; alcune difficoltà legate alla composizione del Dicastero in un periodo di transizione; l'importanza del contributo che tale persona può apportare all'applicazione di direttive recentemente emesse dalla Santa Sede oppure alla recezione di nuovi orientamenti magisteriali.

Con le disposizioni sulla rinuncia dei Vescovi diocesani e dei titolari degli uffici di nomina pontificia, contenute nel *Rescriptum ex audientia* del 3 novembre 2014, concesso al Segretario di Stato, Cardinale Pietro Parolin, ho voluto integrare la legislazione canonica e predisporre alcune modifiche, che confermo integralmente, ad eccezione delle parti che sono esplicitamente riformate dalle seguenti disposizioni.

Dato il generoso impegno dimostrato e la preziosa esperienza accumulata da coloro che hanno esercitato per diversi anni alcuni incarichi di particolare responsabilità, sia nelle Chiese particolari che nella Curia Romana o nelle Rappresentanze Pontificie, mi sono reso conto della necessità di un'attualizzazione delle norme circa i tempi e le modalità di rinuncia all'ufficio per raggiunti limiti d'età. Dopo aver effettuato le necessarie consultazioni, ritengo necessario procedere in questo senso:

a. stabilire qualche chiarificazione dell'art. 2 del citato *Rescriptum,* relativo ai Vescovi diocesani, ai Vescovi Coadiutori e Ausiliari (cfr c. 401-402 e 411 CIC e 210-211, 218, 213 CCEO);

b. modificare le norme canoniche riguardanti la rinuncia all'ufficio per motivi di età, da parte dei Capi Dicastero non Cardinali e dei Prelati Superiori della Curia Romana (cfr Cost. ap. *Pastor Bonus*, 28 giugno 1980, art. 5 § 2: *AAS* 80 [1988], 860; Regolamento Generale della Curia Romana, 1999, art. 3; *Rescriptum ex audientia,* 3 novembre 2014, art. 7), dei Vescovi che svolgono altri uffici di nomina pontificia (cfr *Rescriptum ex audientia*, 3 novembre 2014, art. 7) e dei Rappresentanti Pontifici (cfr c. 367 CIC; Regolamento Generale della Curia Romana, 1999, art. 8, § 2.; Regolamento per le Rappresentanze Pontificie, 2003, art 20, § 1).

Con il presente Motu Proprio stabilisco:

Art. 1. Al compimento dei settantacinque anni di età, i Vescovi diocesani ed eparchiali, e quanti sono loro equiparati dai canoni 381 § 2 CIC e 313 CCEO, come pure i Vescovi coadiutori e ausiliari o titolari con speciali

incarichi pastorali, sono invitati a presentare al Sommo Pontefice la rinuncia al loro ufficio pastorale.

Art. 2. Compiuti i settantacinque anni, i Capi Dicastero della Curia Romana non Cardinali, i Prelati Superiori della Curia Romana e i Vescovi che svolgono altri uffici alle dipendenze della Santa Sede, non cessano *ipso facto* dal loro ufficio, ma devono presentare la rinuncia al Sommo Pontefice.

Art. 3. Allo stesso modo, i Rappresentanti Pontifici non cessano *ipso facto* dal loro ufficio al compimento dei settantacinque anni di età, ma in tale circostanza devono presentare la rinuncia al Sommo Pontefice.

Art. 4. Per essere efficace, la rinuncia di cui agli articoli 1-3 dev'essere accettata dal Sommo Pontefice, che deciderà valutando le circostanze concrete.

Art. 5. Una volta presentata la rinuncia, l'ufficio di cui agli articoli 1-3 è considerato prorogato fino a quando non sia comunicata all'interessato l'accettazione della rinuncia o la proroga, per un tempo determinato o indeterminato, contrariamente a quanto in termini generali stabiliscono i canoni 189 § 3 CIC e 970 § 1 CCEO.

Tutto ciò che ho deliberato con questa Lettera apostolica in forma di *Motu proprio*, ordino che sia osservato in tutte le sue parti, nonostante qualsiasi cosa contraria, anche se degna di particolare menzione, e stabilisco che venga promulgato mediante la pubblicazione sul quotidiano «L'Osservatore Romano», entrando in vigore il giorno stesso della promulgazione e che, successivamente, sia pubblicata nel Commentario ufficiale *Acta Apostolicae Sedis*.

Dato a Roma, presso San Pietro, il 12 febbraio 2018, quinto del mio Pontificato.

FRANCISCUS PP.

# CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

## I

## HOSURENSIS

**In India, ex quibusdam territoriis civitatis *Tamil Nadu* atque Unionis *Puducherry*, nova eparchia Hosurensis conditur.**

FRANCISCUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Corporis mystici unitas, quam diversitas non abolet membrorum, inter fideles producit fovitque caritatem, unde si unum membrum honoratur, congaudent omnia membra. Quibus perpensis, in his apostolicae Nostrae sollicitudinis partes libenter interponentes, per quae Ecclesiarum regimini opportune consulatur, mentem Nostram convertimus ad dilectos christifideles, qui Indicam *Tamil Nadu* civitatem ac territoria *Pondicherry* et *Karaikal* incolunt, postulationem novae eparchiae pro fidelibus Ecclesiae Syro-Malabarensis ibi constituendae diligenter considerantes.

Favorabili igitur quorum interest habito voto, de consilio Praefecti Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus preces ad Nos admotas animarum saluti valde profuturas censuimus libentesque excipiendas decrevimus.

Proinde, Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ex territorio partis septentrionalis civitatis *Tamil Nadu* eorundem districtuum civilium finibus in praesens vulgo *Chennai, Thiruvallur, Kancheepuram, Dharmapuri, Krishnagiri, Vellore, Thiruvannamalai, Cuddalore* et *Vilupuram* circumscripto atque ex territorio eosdem fines districtuum civilium amplectenti, quibus nomina vulgo *Pondicherry* et *Karaikal*, qui in Unione *Puducherry* exstant, novam eparchiam Hosurensem nuncupandam, erigimus ac constituimus.

Huius novae eparchiae sedem in urbe vulgo *Hosur* decernimus ecclesiamque in loco vulgo *Noothenchery* exstantem Deo in honorem sancti Antonii de Padova dicatam ad gradum et dignitatem ecclesiae cathedralis evehi-

mus, cunctis consentaneis concessis iuribus et privilegiis. Quam eparchiam pastoralibus curis statuimus Archiepiscopi Maioris et Synodi Episcoporum Ecclesiae Syro-Malabarensis obnoxiam. Cetera vero secundum leges canonicas Ecclesiarum Orientalium temperentur.

Ad haec omnia perficienda consuetudines iuraque congrua serventur et quae Codice Canonum Ecclesiarum Orientalium praecipiuntur. De eodem praeterea absoluto negotio sueta documenta exarentur et ad memoratam Congregationem mittantur.

Deum quaesumus, ut, qui corruptionem sepulcri Eam videre noluit, quae Filium Eius ineffabiliter de se genuit incarnatum, gregem hunc ex Ecclesiae incremento spei et solacii documentum carpere concedat atque, apostolicis virtutibus innisum, iugiter Evangelio erudiri.

Hanc, denique, Constitutionem Nostram ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die nono mensis Octobris, anno Domini bismillesimo decimo septimo, Pontificatus Nostri quinto.

*De mandato Summi Pontificis*
PETRUS card. PAROLIN
*Secretarius Status*

Franciscus Di Felice, *Proton. Apost.*
Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
*In Secret. Status tab., n. 379.092*

## II

## SHAMSHABADENSIS

**In India, ex omnibus territoriis nulli hucusque eparchiali iurisdictioni pro christifidelibus ritus Syro-Malabarensis subiectis, nova eparchia Shamshabadensis conditur.**

FRANCISCUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

ad perpetuam rei memoriam

Tamquam viti palmites in Ecclesia Christo coniuncti, facere nequimus, quin gravissimum illud semper revocemus catholicae fidei caput, quo nos mystici Iesu Christi corporis, quod est Ecclesia, esse viventia membra docemur: «Sicut enim corpus unum est et membra habet multa, omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum tamen corpus sunt, ita et Christus» (*1 Cor* 12, 12). Quibus perpensis, in Ecclesiarum particularium necessitatum studium incumbentes, mentem Nostram convertimus ad dilectos christifideles ritus Syro-Malabarensis, postulationem novae eparchiae constituendae considerantes.

Favorabili igitur quorum interest habito voto, audito Venerabili Fratre Nostro Praefecto Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ex omnibus territoriis Indiae, ubi eparchialis iurisdictio pro christifidelibus eiusdem ritus Syro-Malabarensis in praesens deest, novam eparchiam *Shamshabadensem* nuncupandam, erigimus ac constituimus.

Huius novae eparchiae sedem in urbe vulgo *Shamshabad* decernimus ecclesiaeque in loco vulgo *Kukatpally* exstanti, Deo in honorem sanctae Alphonsae ab Immaculata Conceptione dicatae, gradum et dignitatem ecclesiae pro-cathedralis pro tempore tradimus, cunctis consentaneis concessis iuribus et privilegiis, usque ad completam aedificationem ac dedicationem novi templi cathedralis. Quam eparchiam pastoralibus curis statuimus Archiepiscopi Maioris et Synodi Episcoporum Ecclesiae Syro-Malabarensis obnoxiam eiusque Patronos apud Deum sanctum Thomam apostolum et

sanctum Ioannem Paulum II papam renuntiamus. Cetera vero secundum normas Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium temperentur. De eodem praeterea absoluto negotio sueta documenta exarentur et ad memoratam Congregationem mittantur.

Deum insuper quaesumus, ut populus eius, recto ecclesialium rerum ordine composito, prosperitate et laetitia et pace perfruatur.

Hanc denique Constitutionem Nostram iugiter ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die nono mensis Octobris, anno Domini bismillesimo decimo septimo, Pontificatus Nostri quinto.

*De mandato Summi Pontificis*
PETRUS card. PAROLIN
*Secretarius Status*

Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*
Marcellus Piva, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
*In Secret. Status tab., n. 379.089*

# LITTERAE APOSTOLICAE

**Venerabilibus Servis Dei Mariae Assumptae González Trujillano et II sociis Beatorum honores decernuntur.**

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Qui timent Dominum, praeparabunt corda sua et in conspectu illius sanctificabunt animas suas» (*Eccli* 2, 20).

Haec adhortatio biblica sinceram et generosam invenit acceptationem in Venerabilibus Servis Dei Maria Assumpta González Trujillano, Isabella Remuiñán Carracedo et Gertrude Llamazares Fernández, e Congregatione Missionariarum Franciscalium a Matre Divini Pastoris. Hae religiosae professae, cum aliquid grave passurae essent, spem non amiserunt atque cor ad Dominum conversum tenuerunt, ut se ipsas totas donarent. Ita vita et morte testes fidei exstiterunt. Coniunctae in vita cum Christo, suo Sponso, similes ei in morte fuerunt martyrium suscipientes veluti supremum actum amoris erga Deum atque fidelitatem manifestaverunt fortes persecutionem tolerantes. Cum felices suam ob vocationem essent, aliud non fuit eis propositum quam ut se ipsas Christo donarent, Eum in omnibus imitantes. Vixerunt veluti eius humiles discipulae volentes eius transmittere amorem aliis, pauperes iuvantes in quibus vultum Divini Magistri agnoscebant qui eas redemit, in silentiosa ratione vitae Sanctissimae Matris Dei. Humano animo necessitates maxime egentium considerantes, serio munera baptismi exercuerunt veluti Sorores Franciscales Missionariae. Earum exemplum urget nos et adhortatur ad iter fidei progrediendum.

Hae religiosae martyres sunt:

1. Maria Assumpta (Iuliana González Trujillano), F.M.M.D.P., nata in «El Barco de Ávila» (Abulae) die XIX mensis Iunii anno MDCCCLXXXI, Matriti exeunte mense Octobri anno MCMXXXVI martyrio est coronata.

2. Isabella (Maria del Consuelo Remuiñán Carracedo), F.M.M.D.P., nata in «Seavia, Coristanco» (Coronae) die XVII mensis Iunii anno MDCCCLXXVI, Matriti die VI mensis Augusti anno MCMXXXVI martyrium subiit.

3. Gertrudis (Dorothea Llamazares Fernández), F.M.M.D.P., orta est in « Cerezales del Condado » (Legione) die VI mensis Februarii anno MDCCCLXX, Matriti in « Pinar del Rey » die XIII mensis Augusti anno MCMXXXVI martyrio obiit.

Earum martyrii fama statim inter populum Dei se fudit atque tempore transeunte increbuit. Archiepiscopus Matritensis Inquisitionem dioecesanam super martyrio anno MCMXCIX celebrare decrevit, quam Congregatio de Causis Sanctorum Decreto validam agnovit. Consultores theologi, in Congressu peculiari die VIII mensis Ianuarii anno MMXIII coadunati, de martyrio sententiam positivam dederunt atque Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die XVIII mensis Iunii eiusdem anni, agnoverunt mortem Venerabilium Servarum Dei verum fuisse martyrium. Nos Ipsi die V mensis Iulii anno MMXIII facultatem dedimus ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum super martyrio promulgaret. Statuimus deinde ut sollemnis ritus beatificationis Tarracone in Hispania die XIII mensis Octobris anno MMXIII celebraretur.

Hodie igitur Tarracone de mandato Nostro Venerabilis Frater Noster Angelus S.R.E. Cardinalis Amato, S.D.B., Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus Nos Venerabiles Servas Dei Mariam Assumptam (in saeculo: Iulianam González Trujillano) et II Socias, martyres, in Beatorum numerum adscribimus:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Iesu García Burillo, Episcopi Abulensis, Alfonsi Milián Sorribas, Episcopi Barbastrensis-Montisonensis, Aloisii S.R.E. Cardinalis Martínez Sistach, Archiepiscopi Barcinonensis, Marii Iceta Gavicagogeascoa, Episcopi Flaviobrigensis, Iosephi Emmanuelis Lorca Planes, Episcopi Carthaginensis in Hispania, Antonii Angeli Algora Hernando, Episcopi Civitatis Regalensis, Demetrii Fernández González, Episcopi Cordubensis, Iosephi Mariae Yanguas Sanz, Episcopi Conchensis, Raimundi del Hoyo López, Episcopi Giennensis, Ioannis Piris Frígola, Episcopi Ilerdensis, Antonii Mariae S.R.E. Cardinalis Rouco Varela, Archiepiscopi Matritensis, Iesu Stephani Catalá Ibáñez, Episcopi Malacitani, Salvatoris Gimenéz Valls, Episcopi Minoricensis, Attilani Rodríguez Martínez, Episcopi Seguntini-Guadalaiarensis, Iacobi Pujol Balcells, Archiepiscopi Tarraconensis, Iosephi Angeli Saiz Meneses, Episcopi Terrassensis, Caroli Emmanuelis Escribano Subías, Episcopi Terulensis et Albarracinensis, Braulionis Rodríguez Plaza, Archiepiscopi Toletani, Henrici Benavent Vidal, Episcopi Dertosensis, Caroli Osoro Sierra, Archiepiscopi Valentini, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque Christifidelium explentes, de Congregationis

de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Servi Dei:

– Iosephus Maximus Moro Briz et IV Socii, presbyteri dioecesani;

– Maurus Palazuelos Maruri et XVII Socii, ex Ordine Sancti Benedicti; Iacobus Puig Mirosa et XVIII Socii, e Congregatione Filiorum Sacrae Familiae Iesu, Mariae et Ioseph, necnon Sebastianus Llorens Telarroja, laicus;

– Maria a Monte Serrato (in saeculo: Iosepha Maria Columnaris García Solanas) et VIII Sociae, religiosae professae Instituti Minimarum Discalceatarum Sancti Francisci de Paula, necnon Lucretia García Solanas, laica et vidua;

– Mauritius (in saeculo: Alexander) Íñiguez de Heredia Alzóla et XXIII Socii, religiosi professi ex Ordine Hospitalario Sancti Ioannis de Deo;

– Iosephus Guardiel Pujol, presbyter dioecesanus;

– Raimundus Ioachimus Castaño González et Iosephus Maria González Solís, presbyteri professi ex Ordine Fratrum Praedicatorum;

– Antonius Faúndez López, presbyter, et unus Socius, professi ex Ordine Fratrum Minorum, necnon duo presbyteri dioecesani;

– Hermenegildus ab Assumptione B.M.V. (in saeculo: Hermenegildus Iza y Aregita) et V Socii, ex Ordine Sanctissimae Trinitatis;

– Carmelus Maria Moyano Linares et IX Socii, presbyteri professi ex Ordine Carmelitarum;

– Iosephus Xavier Gorosterratzu et V Socii, e Congregatione Sanctissimi Redemptoris;

– Emmanuel Basulto Jiménez, Episcopus Giennensis, necnon III presbyteri dioecesani, unus seminarii alumnus et unus laicus;

– Victoria a Iesu (in saeculo: Francisca Agnes Maria ab Antiqua) Valverde González, religiosa Pii Instituti Calasanctiani Filiarum a Divina Pastora;

– Salvius Huix Miralpeix, Episcopus lllerdensis;

– Iosephus Nadal i Guiu et Iosephus Jordán Blecua, presbyteri dioecesani;

– Ioannes a Iesu (in saeculo: Vilaregut Farré) et III Socii, ex Ordine Fratrum Discalceatorum Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, necnon Paulus Segalá Solé, presbyter dioecesanus;

– Marianus Alcalá Pérez et XVIII Socii, ex Ordine Beatae Mariae Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum;

– Chrysanthus (in saeculo: Casimirus González García), Aquilinus, Cyprianus Iosephus et LXIII Socii, ex Instituto Fratrum Maristarum a

Scholis, necnon Raimundus Aemilianus Hortelano Gómez et Iulianus Aguilar Martín, laici;

– Emmanuel a Sacra Familia (in saeculo: Emmanuel Sanz Domínguez), presbyter professus et reformator Ordinis Sancti Hieronymi;

– Andreas a Palazuelo (in saeculo: Michael Franciscus González González) et XXXI Socii, ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum;

– Theophilus Fernández de Legaria Goñi et IV Socii, presbyteri professi e Congregatione Sacrorum Cordium Iesu et Mariae necnon Adorationis Perpetuae Ss. Sacramenti altaris;

– Albertus Maria Marco Alemán et VIII Socii, ex Ordine Carmelitarum ab Antiqua Observantia, necnon Augustinus Maria García Tribaldos et XV Socii, ex Instituto Fratrum Scholarum Christianarum;

– Orentius Aloisius (in saeculo: Antonius Sola Garriga) et XVIII Socii, ex Instituto Fratrum Scholarum Christianarum, necnon Antonius Mateo Salamero, presbyter dioecesanus, et Iosephus Gorostazu Labayen, laicus;

– Melchiora ab Adoratione Cortés Bueno et XIV Sociae, e Societate Filiarum a Caritate Sancti Vincentii de Paul;

– Aurelia (in saeculo: Clementina) Arambarri Fuente et III Sociae, religiosae professae Congregationis Servarum Mariae Ministrantium Infirmis;

– Maria Assumpta (in saeculo: Iulianna González Trujillano) et II Sociae, religiosae professae Congregationis Missionariarum Franciscalium a Matre Divini Pastoris;

– Ioannes Huguet Cardona, presbyter dioecesanus;

– Iosephus Maria Ruiz Cano, Iesus Hannibal Gómez Gómez, Thomas Cordero Cordero et XIII Socii, e Congregatione Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B.M.V.;

– Emmanuel Borrás i Ferré, Episcopus Auxiliaris Tarraconensis, Agapitus Modestus (in saeculo: Modestus Pamplona Falguera), ex Instituto Fratrum Scholarum Christianarum, et CXLV Socii, presbyteri et Seminarii alumni dioecesani, necnon religiosi ex Instituto Fratrum Scholarum Christianarum, ex Ordine Fratrum Discalceatorum Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, ex Ordine Sancti Benedicti, ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, e Congregatione Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B.M.V., e Tertio Ordine Carmelitarum a Magisterio;

– Fortunatus Velasco Tobar et XIII Socii, e Congregatione Missionis;

– Ioachimus Jovaní Marín et XIV Socii, e Sodalitate Sacerdotum Operariorum Dioecesanorum Cordis Iesu;

– Richardus Gil Barcelón, presbyter professus e Congregatione Parvi Operis a Divina Providentia, necnon Antonius Arrué Peiró, laicus;

– Iosepha Martínez Pérez et XI Sociae, e Congregatione Filiarum a Caritate, necnon Dolores Broseta Bonet, laica;

qui in Hispania vicesimo saeculo sanguinem suum effuderunt ad testimonium perhibendum Domino Iesu, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die sexta Novembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Harum beatarum martyrum nos, quaesumus, Domine, intercessio tueatur et earum commendet oratio veneranda, ut in aeterna beatitudine de earum societate gaudeamus, quae seminarunt in lacrimis et in gaudio metent.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Octobris, anno MMXIII, Pontificatus Nostri primo.

*De mandato Summi Pontificis*
*loco Secretarii Status*

✠ PETRUS PAROLIN
*Archiepiscopus tit. Aquipendiensis*

Loco ✠ Plumbi
*In Secret. Status tab., n. 48.963*

# ALLOCUTIONES

## I

### Ad Sodales Consilii Nationalis contra Usuram.*

*Cari fratelli e sorelle,*

sono lieto di accoglievi e di condividere con voi questo momento di riflessione su una piaga purtroppo diffusa e ancora molto sommersa: l'usura. Ringrazio il Presidente per le sue cortesi parole, e rivolgo il pensiero a Padre Massimo Rastrelli, assente perché ammalato, che nel 1991 ha costituito la prima Fondazione Antiusura.

Seguo con particolare attenzione il vostro percorso di lotta all'usura, che diventa sempre più qualificato e concreto con l'esperienza e con la costituzione di nuove Fondazioni distribuite su tutto il territorio nazionale attraverso centinaia di Centri di ascolto. Sono presìdi, scuole di umanità e di educazione alla legalità, frutto di una sensibilità che trova nella Parola di Dio la sua illuminante ispirazione e che opera silenziosamente e faticosamente nelle coscienze delle persone.

Nei vostri primi ventisei anni di servizio avete salvato dalla morsa del debito usurario e dal rischio dell'usura oltre 25 mila famiglie; salvando loro la casa, e talvolta la piccola azienda, le avete aiutate a ritrovare la dignità di cui erano state espropriate. E questo merita grande riconoscenza. Grazie, grazie tante.

L'usura umilia e uccide. L'usura è un male antico e purtroppo ancora sommerso che, come un serpente, strangola le vittime. Bisogna prevenirla, sottraendo le persone alla patologia del debito fatto per la sussistenza o per salvare l'azienda. E si può prevenirla educando ad uno stile di vita sobrio, che sappia distinguere tra ciò che è superfluo e ciò che è necessario e che responsabilizzi a non contrarre debiti per procurarsi cose alle quali si potrebbe rinunciare. È importante recuperare le virtù della povertà e del sacrificio: della povertà, per non diventare schiavi delle cose, e del sacrificio, perché dalla vita non si può ricevere tutto.

È necessario formare una mentalità improntata alla legalità e all'onestà, nei singoli e nelle istituzioni; incrementare la presenza di un volontariato

* Die 3 Februarii 2018.

motivato e disponibile verso i bisognosi, perché questi si sentano ascoltati, consigliati, guidati, per risollevarsi dalla loro condizione umiliante.

Alla base delle crisi economiche e finanziarie c'è sempre una concezione di vita che pone al primo posto il profitto e non la persona. La dignità umana, l'etica, la solidarietà e il bene comune dovrebbero essere sempre al centro delle politiche economiche attuate dalle pubbliche Istituzioni. Da esse ci si attende che disincentivino, con misure adeguate, strumenti che, direttamente o indirettamente, sono causa di usura, come ad esempio il gioco d'azzardo, un'altra piaga. Io ho visto, ho saputo, di donne anziane a Buenos Aires, che andavano in banca a ricevere la pensione e da lì si recavano al locale del gioco di azzardo. È una patologia che ti prende e ti uccide!

L'usura è un peccato grave: uccide la vita, calpesta la dignità delle persone, è veicolo di corruzione e ostacola il bene comune. Essa indebolisce anche le fondamenta sociali ed economiche di un Paese. Infatti, con tanti poveri, tante famiglie indebitate, tante vittime di gravi reati e tante persone corrotte nessun Paese può programmare una seria ripresa economica né tantomeno sentirsi al sicuro.

Cari fratelli e sorelle, so bene che il servizio che rendete è gravoso: si tratta di collaborare perché il sistema economico-sociale sia umano e perché il messaggio evangelico possa illuminare il cuore e l'anima delle persone, come un giorno accadde a Zaccheo, ricco e corrotto capo dei «pubblicani» di Gerico,[1] e al suo collega Matteo, che Gesù guardò con misericordia e scelse come discepolo, e che da un anno è Patrono delle Fondazioni Antiusura.[2] Un bel pellegrinaggio che potete fare per vedere l'anima di un uomo attaccato ai soldi, all'usura, è a San Luigi dei Francesi, la Conversione di Matteo del Caravaggio. Il Matteo fa così con i soldi [*fa un gesto*], come se fossero figli suoi. Questo dipinge bene l'atteggiamento dell'uomo attaccato ai soldi. Il Signore ispiri e sostenga le pubbliche Autorità, affinché le persone e le famiglie possano usufruire dei benefici di legge come ogni altra realtà economica; ispiri e sostenga i responsabili del sistema bancario, affinché vigilino sulla qualità etica delle attività degli istituti di credito. Vale la pena di sottolineare che molte banche sono nate e si sono diffuse nel mondo proprio per sottrarre i poveri all'usura con i prestiti senza pegno e senza interessi.

[1] Cfr *Lc* 19, 1-10.
[2] Cfr *Mt* 9, 9-13.

Cari fratelli, il vostro servizio vi chiede di essere uomini e donne di incontro, di ascolto, di prossimità. Per questo vi esorto a tenere fisso lo sguardo e il cuore su Gesù, a sostare sulle pagine del Vangelo in cui Lui incontra i poveri e i mendicanti, i lebbrosi e i paralitici e li «rimette in piedi», restituendo loro dignità e futuro. Fronteggiando l'usura e la corruzione, anche voi potete trasmettere speranza e forza alle vittime, affinché possano recuperare fiducia e risollevarsi dai loro bisogni. Per le istituzioni siete stimolo ad assicurare risposte concrete a chi è disorientato, a volte disperato e non sa come fare per mandare avanti la propria famiglia. Per gli stessi usurai potete essere richiamo al senso di umanità e di giustizia, a prendere coscienza che in nome del denaro non si possono uccidere i fratelli!

Inoltre, vi incoraggio a dialogare con quanti hanno responsabilità nel campo dell'economia e della finanza, perché vengano promosse iniziative che concorrano alla prevenzione dell'usura. Non spetta a me fare esempi concreti: voi li avete ben presenti; ma sempre si tratta di avere rispetto dei volti, di mettere realmente al centro la persona e la famiglia, non a parole ma nei fatti.

Le persone che avete fatto uscire dall'usura possono testimoniare che il buio dentro il tunnel che hanno attraversato è fitto e angosciante, ma c'è anche una luce più forte che può illuminare e dare conforto. Per i poveri, le persone indebitate, le imprese in difficoltà, possiate essere riferimento di speranza. Continuate il vostro servizio con perseveranza e coraggio: è un lievito prezioso per tutta la società. Lo sanno bene le vittime dell'usura e dell'azzardo che sono venute qui con una loro rappresentanza. Le saluto e le incoraggio perché so che hanno intrapreso un cammino nuovo con l'aiuto di Dio e la solidarietà di tanti fratelli. Trasmettete alle persone che sono ancora dentro quel tunnel il vostro coraggio, raccontando la vostra esperienza, testimoniando che si può venire fuori dall'usura e dall'azzardo.

Insieme facciamo appello per un nuovo umanesimo economico, che «metta fine all'economia dell'esclusione e dell'inequità», all'economia che uccide, a sistemi economici in cui uomini e donne non sono più persone, ma sono ridotte a strumenti di una logica dello scarto che genera profondi squilibri.[3]

Vi ringrazio per la vostra presenza, per il vostro lavoro e di cuore benedico voi e il vostro lavoro. E per favore, non dimenticatevi di pregare per me. Grazie.

[3] Cfr *Messaggio al Simposio Internazionale sull'economia*, 26 novembre 2016.

## II

**Ad Participes Diei Mundialis Commentationum contra Hominum Mercaturam.***

1. *Monday Joy* [in inglese]

Santo Padre, Prima di tutto desideriamo ringraziarla per la sua incessante e benevola attenzione e preoccupazione per tutti i migranti e le vittime della tratta. Noi abbiamo sperimentato tante difficoltà e sofferenze prima di arrivare in Italia. Arrivati in Italia facciamo fatica ad integrarci e trovare un lavoro dignitoso è quasi impossibile. Vorrei farle una domanda: Lei pensa che il sorprendente silenzio sulle vicende di tratta sia dovuto all'ignoranza del fenomeno?

*Risposta del Santo Padre:*

Sicuramente sul tema della tratta c'è molta ignoranza. Ma a volte pare ci sia anche poca volontà di comprendere la portata del problema. Perché? Perché tocca da vicino le nostre coscienze, perché è scabroso, perché ci fa vergognare. C'è poi chi, pur conoscendolo, non ne vuole parlare perché si trova alla fine della « filiera del consumo », quale utilizzatore dei « servizi » che vengono offerti sulla strada o su internet. C'è, infine, chi non vuole che se ne parli, in quanto coinvolto direttamente nelle organizzazioni criminali che dalla tratta traggono lauti profitti. Sì, ci vuole coraggio ed onestà, « quando, nella quotidianità, incontriamo o abbiamo a che fare con persone che potrebbero essere vittime del traffico di esseri umani, o quando dobbiamo scegliere se acquistare prodotti che potrebbero essere stati realizzati attraverso lo sfruttamento di altre persone ».[1]

Il lavoro di sensibilizzazione deve cominciare da casa, da noi stessi, perché solo così saremo capaci poi di coscientizzare le nostre comunità, stimolandole ad impegnarsi affinché nessun essere umano sia più vittima della tratta.

Per i giovani questo pare un compito più facile, dato che sono meno strutturati nel pensiero, meno offuscati dai pregiudizi, più liberi di ragionare con la propria testa. La voce dei giovani, più entusiasta e spontanea, può rompere

* Die 12 Februarii 2018.

[1] *Discorso ai giovani delle diocesi di Abruzzo e Molise*, 5 luglio 2014.

il silenzio per denunciare le nefandezze della tratta e proporre soluzioni concrete. Adulti che siano pronti ad ascoltare possono essere di grande aiuto.

Da parte mia, come avrete notato, non ho mai perso occasione per denunciare apertamente la tratta come un crimine contro l'umanità. È «una vera forma di schiavitù, purtroppo sempre più diffusa, che riguarda ogni Paese, anche i più sviluppati, e che tocca le persone più vulnerabili della società: le donne e le ragazze, i bambini e le bambine, i disabili, i più poveri, chi proviene da situazioni di disgregazione familiare e sociale».[2]

Ho anche detto che «occorre una presa di responsabilità comune e una più decisa volontà politica per riuscire a vincere su questo fronte. Responsabilità verso quanti sono caduti vittime della tratta, per tutelarne i diritti, per assicurare l'incolumità loro e dei familiari, per impedire che i corrotti e i criminali si sottraggono alla giustizia ed abbiano l'ultima parola sulle persone».[3]

2. *Migliorini Silvia* [Liceo di Via Dalmazia, Roma]

Santo Padre, tanti di noi giovani vogliamo comprendere meglio la tratta, le migrazioni e le loro cause. Sì, vogliamo impegnarci per rendere questo mondo più giusto. Ci piacerebbe affrontare temi come questo con i giovani della nostra società, anche utilizzando i social network, vista la loro notevole potenzialità di comunicazione. Caro Papa Francesco, nei gruppi parrocchiali, nei movimenti giovanili, nelle istituzioni educative cattoliche talvolta non ci sono spazi adeguati e sufficienti per affrontare questi temi. Inoltre, sarebbe bello che si organizzassero attività per promuovere l'integrazione sociale e culturale con coloro che sono vittime della tratta, affinché sia per loro più semplice superare il loro dramma e ricostruirsi una vita. Che cosa possiamo fare noi giovani? Che cosa può fare la Chiesa?

*Risposta del Santo Padre:*

I giovani ricoprono una posizione privilegiata per incontrare i sopravvissuti alla tratta di esseri umani. Andate nelle vostre parrocchie, in un'associazione vicino casa, incontrate le persone, ascoltatele. Da lì, cresceranno una risposta e un impegno concreti da parte vostra. Vedo infatti il rischio che questo diventi un problema astratto, ma non è astratto. Ci sono segni che potete imparare a «leggere», che vi dicono: qui potrebbe esserci una

[2] *Discorso ad un gruppo di nuovi ambasciatori in occasione della presentazione delle lettere credenziali*, 12 dicembre 2013.

[3] *Ibid.*

vittima di tratta, uno schiavo. Abbiamo bisogno di promuovere la cultura dell'incontro che porta sempre in sé una ricchezza inaspettata e grandi sorprese. San Paolo ci dà un esempio: in Cristo, lo schiavo Onesimo non è più uno schiavo ma molto di più, è un fratello carissimo.[4]

La speranza, voi giovani, la potete trovare in Cristo, e Lui lo potete incontrare anche nelle persone migranti, che sono fuggite da casa, e rimangono intrappolate nelle reti. Non abbiate paura di incontrarle. Aprite il vostro cuore, fatele entrare, siate pronti a cambiare. L'incontro con l'altro porta naturalmente a un cambiamento, ma non bisogna avere paura di questo cambiamento. Sarà sempre per il meglio. Ricordate le parole del profeta Isaia: «Allarga la tua tenda».[5]

La Chiesa deve promuovere e creare spazi di incontro, per questo motivo ho chiesto di aprire le parrocchie all'accoglienza. Bisogna riconoscere il grande impegno in risposta al mio appello, grazie! Chiedo a voi qui presenti oggi di operare a favore dell'apertura all'altro, soprattutto quando è ferito nella propria dignità. Fatevi promotori di iniziative che le vostre parrocchie possano ospitare. Aiutate la Chiesa a creare spazi di condivisione di esperienze e integrazione di fede e di vita.

un limite o come una prigione dalla quale dovremmo essere salvati. Al contrario, la fede proclama che tutto il cosmo è buono, in quanto creato da Dio (cf. *Gen* 1, 31; *Sap* 1, 13-14; *1 Tim* 4, 4), e che il male che più danneggia l'uomo è quello che procede dal suo cuore (cf. *Mt* 15, 18-19; *Gen* 3, 1-19). Peccando, l'uomo ha abbandonato la sorgente dell'amore, e si perde in forme spurie di amore, che lo chiudono sempre di più in se stesso. È questa separazione da Dio – da Colui che è fonte di comunione e di vita – che porta alla perdita dell'armonia tra gli uomini e degli uomini con il mondo, introducendo il dominio della disgregazione e della morte (cf. *Rom* 5, 12). In conseguenza, la salvezza che la fede ci annuncia non riguarda soltanto la nostra interiorità, ma il nostro essere integrale. È tutta la persona, infatti, in corpo e anima, che è stata creata dall'amore di Dio a sua immagine e somiglianza, ed è chiamata a vivere in comunione con Lui.

## IV. *Cristo, Salvatore e Salvezza*

8. In nessun momento del cammino dell'uomo Dio ha smesso di offrire la sua salvezza ai figli di Adamo (cf. *Gen* 3, 15), stabilendo un'alleanza con tutti gli uomini in Noè (cf. *Gen* 9, 9) e, più tardi, con Abramo e la sua discendenza (cf. *Gen* 15, 18). La salvezza divina assume così l'ordine creaturale condiviso da tutti gli uomini e percorre il loro cammino concreto nella storia. Scegliendosi un popolo, al quale ha offerto i mezzi per lottare contro il peccato e per avvicinarsi a Lui, Dio ha preparato la venuta di «un Salvatore potente, nella casa di Davide, suo servo» (*Lc* 1, 69). Nella pienezza dei tempi, il Padre ha inviato al mondo suo Figlio, il quale ha annunciato il regno di Dio, guarendo ogni sorta di malattie (cf. *Mt* 4, 23). Le guarigioni operate da Gesù, nelle quali si rendeva presente la provvidenza di Dio, erano un segno che rinviava alla sua persona, a Colui che si è pienamente rivelato come Signore della vita e della morte nel suo evento pasquale. Secondo il Vangelo, la salvezza per tutti i popoli ha inizio con l'accoglienza di Gesù: «Oggi per questa casa è venuta la salvezza» (*Lc* 19, 9). La buona notizia della salvezza ha un nome e un volto: Gesù Cristo Figlio di Dio Salvatore. «All'inizio dell'essere cristiano non c'è una decisione etica o una grande idea, bensì l'incontro con un avvenimento, con una Persona, che dà alla vita un nuovo orizzonte e, con ciò, la direzione decisiva».[14]

[14] BENEDETTO XVI, Lett. enc. *Deus caritas est* (25 dicembre 2005), n. 1: *AAS* 98 (2006), 217; cf. FRANCESCO, Esort. apost. *Evangelii gaudium*, n. 3: *AAS* 105 (2013), 1020.

9. La fede cristiana, lungo la sua secolare tradizione, ha illustrato, mediante molteplici figure, quest'opera salvifica del Figlio incarnato. Lo ha fatto senza mai separare l'aspetto sanante della salvezza, per cui Cristo ci riscatta dal peccato, dall'aspetto elevante, per cui Egli ci rende figli di Dio, partecipi della sua natura divina (cf. *2 Pt* 1, 4). Considerando la prospettiva salvifica in senso discendente (a partire da Dio che viene a riscattare gli uomini), Gesù è illuminatore e rivelatore, redentore e liberatore, Colui che divinizza l'uomo e lo giustifica. Assumendo la prospettiva ascendente (a partire dagli uomini che si rivolgono a Dio), Egli è Colui che, quale Sommo Sacerdote della Nuova Alleanza, offre al Padre, in nome degli uomini, il culto perfetto: si sacrifica, espia i peccati e rimane sempre vivo per intercedere a nostro favore. In questo modo appare, nella vita di Gesù, una mirabile sinergia dell'agire divino con l'agire umano, che mostra l'infondatezza della prospettiva individualista. Da una parte, infatti, il senso discendente testimonia la primazia assoluta dell'azione gratuita di Dio; l'umiltà di ricevere i doni di Dio, prima di ogni nostro operare, è essenziale per poter rispondere al suo amore salvifico. D'altra parte, il senso ascendente ci ricorda che, mediante l'agire pienamente umano del suo Figlio, il Padre ha voluto rigenerare il nostro agire, affinché, assimilati a Cristo, possiamo compiere «le opere buone, che Dio ha preparato perché in esse camminassimo» (*Ef* 2, 10).

10. È chiaro, inoltre, che la salvezza che Gesù ha portato nella sua stessa persona non avviene in modo soltanto interiore. Infatti, per poter comunicare ad ogni persona la comunione salvifica con Dio, il Figlio si è fatto carne (cf. *Gv* 1, 14). È proprio assumendo la carne (cf. *Rom* 8, 3; *Eb* 2, 14; *1 Gv* 4, 2), nascendo da donna (cf. *Gal* 4, 4), che «il Figlio di Dio si è fatto figlio dell'uomo»[15] e nostro fratello (cf. *Eb* 2, 14). Così, in quanto Egli è entrato a far parte della famiglia umana, «si è unito, in certo modo, ad ogni uomo»[16] e ha stabilito un nuovo ordine di rapporti con Dio, suo Padre, e con tutti gli uomini, in cui possiamo essere incorporati per partecipare alla sua stessa vita. In conseguenza, l'assunzione della carne, lungi dal limitare l'azione salvifica di Cristo, gli permette di mediare in modo concreto la salvezza di Dio per tutti i figli di Adamo.

[15] Ireneo, *Adversus haereses*, III, 19,1: *Sources Chrétiennes*, 211, 374.

[16] Conc. Ecum. Vat. II, Cost. past. *Gaudium et spes*, n. 22.

11. In conclusione, per rispondere, sia al riduzionismo individualista di tendenza pelagiana, sia a quello neo-gnostico che promette una liberazione meramente interiore, bisogna ricordare il modo in cui Gesù è Salvatore. Egli non si è limitato a mostrarci la via per incontrare Dio, una via che potremmo poi percorrere per conto nostro, obbedendo alle sue parole e imitando il suo esempio. Cristo, piuttosto, per aprirci la porta della liberazione, è diventato Egli stesso la via: «Io sono la via» (*Gv* 14, 6).[17] Inoltre, questa via non è un percorso meramente interiore, al margine dei nostri rapporti con gli altri e con il mondo creato. Al contrario, Gesù ci ha donato una «via nuova e vivente che Egli ha inaugurato per noi attraverso [...] la sua carne» (*Eb* 10, 20). Insomma, Cristo è Salvatore in quanto ha assunto la nostra umanità integrale e ha vissuto una vita umana piena, in comunione con il Padre e con i fratelli. La salvezza consiste nell'incorporarci a questa sua vita, ricevendo il suo Spirito (cf. *1 Gv* 4, 13). Egli è diventato così, «in certo qual modo, il principio di ogni grazia secondo l'umanità».[18] Egli è, allo stesso tempo, il Salvatore e la Salvezza.

V. *La Salvezza nella Chiesa, corpo di Cristo*

12. Il luogo dove riceviamo la salvezza portata da Gesù è la Chiesa, comunità di coloro che, essendo stati incorporati al nuovo ordine di relazioni inaugurato da Cristo, possono ricevere la pienezza dello Spirito di Cristo (cf. *Rom* 8, 9). Comprendere questa mediazione salvifica della Chiesa è un aiuto essenziale per superare ogni tendenza riduzionista. La salvezza che Dio ci offre, infatti, non si ottiene con le sole forze individuali, come vorrebbe il neo-pelagianesimo, ma attraverso i rapporti che nascono dal Figlio di Dio incarnato e che formano la comunione della Chiesa. Inoltre, dato che la grazia che Cristo ci dona non è, come pretende la visione neo-gnostica, una salvezza meramente interiore, ma che ci introduce nelle relazioni concrete che Lui stesso ha vissuto, la Chiesa è una comunità visibile: in essa tocchiamo la carne di Gesù, in modo singolare nei fratelli più poveri e sofferenti.

[17] Cf. Agostino, *Tractatus in Ioannem*, 13, 4: *Corpus Christianorum*, 36, 132: «Io sono la via, la verità e la vita (*Gv* 14, 6). Se cerchi la verità segui la via; perché la via è lo stesso che la verità. La meta cui tendi e la via che devi percorrere, sono la stessa cosa. Non puoi giungere alla meta seguendo un'altra via; per altra via non puoi giungere a Cristo: a Cristo puoi giungere solo per mezzo di Cristo. In che senso arrivi a Cristo per mezzo di Cristo? Arrivi a Cristo Dio per mezzo di Cristo uomo; per mezzo del Verbo fatto carne arrivi al Verbo che era in principio Dio presso Dio».

[18] Tommaso, *Quaestio de veritate*, q. 29, a. 5, co.

Insomma, la mediazione salvifica della Chiesa, «sacramento universale di salvezza»,[19] ci assicura che la salvezza non consiste nell'auto-realizzazione dell'individuo isolato, e neppure nella sua fusione interiore con il divino, ma nell'incorporazione in una comunione di persone, che partecipa alla comunione della Trinità.

13. Sia la visione individualistica sia quella meramente interiore della salvezza contraddicono anche l'economia sacramentale tramite la quale Dio ha voluto salvare la persona umana. La partecipazione, nella Chiesa, al nuovo ordine di rapporti inaugurati da Gesù avviene tramite i sacramenti, tra i quali il Battesimo è la porta,[20] e l'Eucaristia la sorgente e il culmine.[21] Si vede così, da una parte, l'inconsistenza delle pretese di auto-salvezza, che contano sulle sole forze umane. La fede confessa, al contrario, che siamo salvati tramite il Battesimo, il quale ci imprime il carattere indelebile dell'appartenenza a Cristo e alla Chiesa, da cui deriva la trasformazione del nostro modo concreto di vivere i rapporti con Dio, con gli uomini e con il creato (cf. *Mt* 28, 19). Così, purificati dal peccato originale e da ogni peccato, siamo chiamati ad una nuova esistenza conforme a Cristo (cf. *Rom* 6, 4). Con la grazia dei sette sacramenti, i credenti continuamente crescono e si rigenerano, soprattutto quando il cammino si fa più faticoso e non mancano le cadute. Quando essi, peccando, abbandonano il loro amore per Cristo, possono essere reintrodotti, mediante il sacramento della Penitenza, all'ordine di rapporti inaugurato da Gesù, per camminare come ha camminato Lui (cf. *1 Gv* 2, 6). In questo modo guardiamo con speranza l'ultimo giudizio, in cui ogni persona sarà giudicata sulla concretezza del suo amore (cf. *Rom* 13, 8-10), specialmente verso i più deboli (cf. *Mt* 25, 31-46).

14. L'economia salvifica sacramentale si oppone anche alle tendenze che propongono una salvezza meramente interiore. Lo gnosticismo, infatti, si associa ad uno sguardo negativo sull'ordine creaturale, compreso come limitazione della libertà assoluta dello spirito umano. Di conseguenza, la salvezza è vista come liberazione dal corpo e dalle relazioni concrete in cui vive la persona. In quanto siamo salvati, invece, «per mezzo dell'offerta del corpo di Gesù Cristo» (*Eb* 10, 10; cf. *Col* 1, 22), la vera salvezza, lungi dall'essere liberazione dal corpo, include anche la sua santificazione (cf.

[19] Conc. Ecum. Vat. II, Cost. dogm. *Lumen gentium*, n. 48.

[20] Cf. Tommaso, *Summa theologiae*, III, q. 63, a. 3.

[21] Cf. Conc. Ecum. Vat. II, Cost. dogm. *Lumen gentium*, n. 11; Cost. *Sacrosanctum Concilium*, n. 10.

*Rom* 12, 1). Il corpo umano è stato modellato da Dio, il quale ha inscritto in esso un linguaggio che invita la persona umana a riconoscere i doni del Creatore e a vivere in comunione con i fratelli.[22] Il Salvatore ha ristabilito e rinnovato, con la sua Incarnazione e il suo mistero pasquale, questo linguaggio originario e ce lo ha comunicato nell'economia corporale dei sacramenti. Grazie ai sacramenti i cristiani possono vivere in fedeltà alla carne di Cristo e, in conseguenza, in fedeltà all'ordine concreto di rapporti che Egli ci ha donato. Quest'ordine di rapporti richiede, in modo particolare, la cura dell'umanità sofferente di tutti gli uomini, tramite le opere di misericordia corporali e spirituali.[23]

## VI. *Conclusione: comunicare la fede, in attesa del Salvatore*

15. La consapevolezza della vita piena in cui Gesù Salvatore ci introduce spinge i cristiani alla missione, per annunciare a tutti gli uomini la gioia e la luce del Vangelo.[24] In questo sforzo saranno anche pronti a stabilire un dialogo sincero e costruttivo con i credenti di altre religioni, nella fiducia che Dio può condurre verso la salvezza in Cristo «tutti gli uomini di buona volontà, nel cui cuore lavora invisibilmente la grazia».[25] Mentre si dedica con tutte le sue forze all'evangelizzazione, la Chiesa continua ad invocare la venuta definitiva del Salvatore, poiché «nella speranza siamo stati salvati» (*Rom* 8, 24). La salvezza dell'uomo sarà compiuta solo quando, dopo aver vinto l'ultimo nemico, la morte (cf. *1 Cor* 15, 26), parteciperemo compiutamente alla gloria di Gesù risorto, che porterà a pienezza la nostra relazione con Dio, con i fratelli e con tutto il creato. La salvezza integrale, dell'anima e del corpo, è il destino finale al quale Dio chiama tutti gli uomini. Fondati nella fede, sostenuti dalla speranza, operanti nella carità, sull'esempio di Maria, la Madre del Salvatore e la prima dei salvati, siamo certi che «la nostra cittadinanza è nei cieli e di là aspettiamo come salvatore il Signore Gesù Cristo, il quale trasfigurerà il nostro misero corpo per conformarlo al suo corpo glorioso, in virtù del potere che egli ha di sottomettere a sé tutte le cose» (*Fil* 3, 20-21).

[22] Cf. Francesco, Lett. enc. *Laudato si'* (24 maggio 2015), n. 155: *AAS* 107 (2015), 909-910.

[23] Cf. Id., Lett. apost. *Misericordia et misera* (20 novembre 2016) , n. 20: *AAS* 108 (2016), 1325-1326.

[24] Cf. Giovanni Paolo II, Lett. enc. *Redemptoris missio* (7 dicembre 1990), n. 40: *AAS* 83 (1991), 287-288; Francesco, Esort. apost. *Evangelii gaudium,* nn. 9-13: *AAS* 105 (2013), 1022-1025.

[25] Conc. Ecum. Vat. II, Cost. past. *Gaudium et spes*, n. 22.

*Il Sommo Pontefice Francesco, in data 16 febbraio 2018, ha approvato questa Lettera, decisa nella Sessione Plenaria di questa Congregazione il 24 gennaio 2018, e ne ha ordinato la pubblicazione.*

Dato a Roma, dalla Sede della Congregazione per la Dottrina della Fede, il 22 febbraio 2018, Festa della Cattedra di San Pietro.

✠ Luis F. Ladaria, S.I.
*Arcivescovo titolare di Thibica*
*Prefetto*

✠ Giacomo Morandi
*Arcivescovo titolare di Cerveteri*
*Segretario*

# CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

**De celebratione Beatæ Mariæ Virginis Ecclesiæ Matris in Calendario Romano Generali inscribenda.**

## DECRETUM

Lætitiæ plena veneratio erga Dei Genetricem in Ecclesia horum temporum, cum de Christi mysterio et de sua natura recogitaret, ignorare non poterat Mulierem illam (cf. *Gal* 4, 4), Virginem scilicet Mariam, quæ insimul Christi Mater et Mater Ecclesiae est.

Quod iam in Ecclesiae sensu quodammodo aderat praeeuntibus verbis sancti Augustini et sancti Leonis Magni. Primus enim dicit Mariam esse matrem membrorum Christi, cum cooperata sit caritate sua, ut fideles in Ecclesia nascerentur; alter vero, cum dicit nativitatem Capitis esse etiam nativitatem Corporis, indicat Mariam simul esse matrem Christi, Filii Dei, et matrem membrorum mystici corporis, id est Ecclesiae. Hae considerationes ex Mariae divina maternitate et ex eiusdem coniunctione in opere Redemptoris, quod in hora crucis culmen attingit, defluunt.

Mater etenim, iuxta crucem stans (cf. *Io* 19, 25), Filii sui caritatis testamentum accepit quo universos homines, discipulo dilecto personificatos, ad divinam vitam regenerandos in filios assumpsit, tenera nutrix Ecclesiae, quam Christus, tradens Spiritum in cruce peperit. Et vicissim in discipulo dilecto Christus omnes alios sui amoris erga Matrem subrogavit vicarios, quibus eam commendavit ut filiali dilectione colerent.

Solatrix et magistra exorientis Ecclesiae, Maria igitur suscepit munera sua materna in cenaculo, orando cum Apostolis qui adventum Spiritus Sancti exspectabant (cf. *Act* 1, 14). Hoc in sensu christiana pietas, procedentibus saeculis, Mariam titulis variis honoravit tamquam Matrem discipulorum, fidelium, credentium, omnium in Christo renascentium, quodammodo aequivalentibus, sed etiam titulo « Matris Ecclesiae » qui in textibus sive scriptorum spiritualium sive magisterii Benedicti XIV et Leonis XIII adhibetur.

Ex hoc plane constat fundamentum quo Beatus Paulus papa VI, Beatam Virginem Mariam, die 21 Novembris 1964, cum expleretur tertia Sessio

Concilii Vaticani II, declaravit «Matrem Ecclesiae, hoc est totius populi christiani, tam fidelium quam Pastorum, qui eam Matrem amantissimam appellant», atque statuit ut «suavissimo hoc nomine iam nunc universus christianus populus magis adhuc honorem Deiparae» tribueret.

Apostolica Sedes igitur, occurrente Anno Sancto Reconciliationis (1975), missam votivam de Beata Maria Ecclesiae Matre proposuit, quæ deinde in Missale Romano inserta est; facultatem etiam includendi invocationem sub illo titulo in Litanias Lauretanas concessit (1980) et alia publici iuris formularia in Collectione missarum de Beata Maria Virgine exaravit (1986); quibusdam nationibus, dioecesibus et familiis religiosis id petentibus, quoque indulsit ut hæc celebratio in Calendario particulari inscriberetur.

Summus autem Pontifex Franciscus, cum perpendisset quantum haec fovenda devotio ad Pastorum, religiosorum, christifidelium Ecclesiae sensum maternum ac genuinam marialem pietatem, adhuc proficere possit, decrevit ut memoriam B. Mariae Virginis, Ecclesiae Matris, in Calendarium Romanum inscribendam esse Feria II post Pentecosten et quotannis celebrandam.

Haec celebratio nos adiuvabit ad hoc meditandum, id est quod vita christiana, ut augescere valeat, in mysterio Crucis, Christi oblatione in convivio eucharistico, Virgine offerenti, Matre Redemptoris redemptorumque, fundari debet.

Nova igitur memoria cunctis Calendariis Librisque liturgicis pro Missae et Liturgiae Horarum celebratione erit inserenda; textus liturgici adhibendi hoc decreto adnexi, cura Coetuum Episcoporum vertendi, approbandi et post huius Dicasterii confirmationem edendi sunt.

Ubi vero celebratio B. Mariae Virginis, Ecclesiae Matris, ad normam iuris particularis rite approbati, die diverso, gradu superiori celebratur, et in posterum eodem modo celebrari potest.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 11 mensis Februarii 2018, in memoria Beatae Mariae Virginis de Lourdes.

Robertus Card. Sarah
*Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Arturus Roche
Archiepiscopus. *a Secretis*

# CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

## MEDIOLANENSIS

**Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Laurae Baraggia Fundatricis Congregationis Sororum Familiae a Sacro Corde Iesu (1851-1923)**

## DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Omnibus in rebus solus Deus et omnia sine exceptione pro Deo ».

Hoc vitae propositum Serva Dei Maria Laura Baraggia persequi voluit et anno 1867, sextum decimum annum aetatis adhuc non agens, suo in opere *Methodus Vitae* dicto scripsit.

Serva Dei in parvulo pago v.d. *Brentana di Sulbiate,* in provincia et archidioecesi Mediolanensi, die 1 mensis Maii anno 1851 humili e familia et firma christiana fide nona ex duodecim filiis nata est. Mater fuit eius prima institutrix et catechista, una cum parocho, qui iam eius e pueritia confidentias audiverat et eius spirituale regimen moderabatur.

Maria Laura primissima pueritia, cum fere septimum annum aetatis ageret, altam et in Iesu Crucifixo fundatam spiritualitatem ostendit. Cum anno 1862 Eucharistiam primitus acciperet, scienter votum castitatis emisit, se totam solius Christi esse omnino seligens. Natali in pago primam institutionem habuit.

Mense Ianuario anno 1866, quintum decimum annum aetatis agens, Mediolanum transmigravit ut dispensatrix familiae in domo equitis Francisci Biffi esset. Hac in familia bene constituta, cuius domus non longe ab ecclesia cathedrali erat, et in qua senex eques una cum duabus sororibus nubilibus vivebat, Maria Laura sicut filia diligebatur suamque institutionem litterariam et humanam explevit, et vitae religiosae civitatis sub optimo spirituali moderamine Patris Octonis Terzi Societatis Iesu interesse potuit. Corde in suo se Deo omnino consecrari voluit, nesciebat tamen quod institutum eligeret et gratitudinis causa benefactores suos relinquere ante eorum obitum nolebat.

Die 2 mensis Februarii anno 1879 mysticam experientiam noctu cognovit, quae eius in humana et spirituali vita magnum pondus habuit. Cum oratione intenta ante Iesum Sacramentatum in ecclesia Sancti Babylae adstaret, « vidit » oculis cordis et mentis totam operam futuram scilicet « paroecias, labores, scholas, iuventutes, pueros », et vocem audivit Iesu dicentem: « Tu eris mater multarum filiarum ». Sequenti nocte experientia rursus evenit et

Iesus ei regulam futurae religiosae communitatis dictavit, scilicet Sororum Familiae a Sacro Corde Iesu.

Tamen Patris Terzi consilio qui eius vocationem explorare volebat, Serva Dei anno 1879 inter Sorores Ursulinas Sanctae Angelae Merici ingressa est, sic desiderium Deo se consecrandi perficiens et in manibus Providentiae fundationem novae familiae religiosae committens.

Die 22 mensis Septembris anno 1880, equite Biffi mortuo, Maria Laura una cum tribus sororibus e Mediolano discessit et ad *Sulbiate* regressa est, constituens parvum coetum sororum Ursulinarum quae primum dictae sunt «Ursulinae *de Brentana*» et postea «Ursulinae Sacri Cordis», quae vita communi, apostolatu in pago, in paroecia et in schola distinguebantur. Anno 1887 coetus, numero iam auctus, sui iuris factus est sibi nomen tribuens «Familia Sacri Cordis Iesu». Anno 1893 Serva Dei primam Regulam conscripsit in qua posuit quae prima in visione, ab ea dicta «pulchrae noctis», annotaverat.

Sequentibus in annis Serva Dei et eius filiae novas domus variis in locis Brigantiae aperuerunt, se tradentes operibus pro iuvenibus operariis, pro infantia, et denique pro operibus in paroeciis eo ut adhuc hodie Ambrosiana in archidioecesi Serva Dei omnibus nota sit nomine *Sancta oratoriorum.* Fundatricis electione, communitates Instituti parvae erant et una cum populo vivebant, pretiosam operam praebentes praecipue ad iuvenes et mulieres erudiendas atque instituendas.

Famulae Dei spiritualitas super amorem in Iesum sacramentatum et in Sacrum Cor fundabatur. Haec singularis devotio viam instruxit ad vitam ferventem in oratione et in industriosis apostolatus operibus. Meditationi, adorationi et Mariano cultui multas horas diei reservabat. Eius vitae regimen humilitate, paupertate, mortificatione, austeritate et denique puritate insigne videbatur. Eius caritas in proximum affabilitate et urbanitate plena omnibus statim nota fuit.

Altissima et firma fuit eius veneratio erga Christi Vicarium. Summi Pontificis enim et Archiepiscopi Mediolanensis vero consilia sequens Serva Dei anno 1889, gravi dolore afflicta est; voluit enim se immiscere publicae legali quaestioni in qua aliqui sacerdotes inter se contendebant et etiam quoddam catholicum diurnale implicabatur, et hac de causa grave onus oeconomicum suscepit eique satisfecit, ne iuridicum detrimentum sacerdotes acciperent nec ipsa Ecclesia dedecus pateretur. Ob hunc actum amoris erga Ecclesiam Serva Dei tribus annis a munere antistitae remota est. Se condidit in parvam communitatem apud paroeciam Sanctae Mariae ad Navigium, Mediolani, ubi ab anno 1899 ad annum 1903 abscondite vixit in silentio et oratione, in manibus Dei se ipsam et futurum Congregationis commendans. Anno 1903

rursus Antistita generalis electa, Serva Dei extremos viginti annos suae vitae ad incrementum Instituti consumpsit et ad approbationem Regulae a Summo Pontifice obtinendam, uti evenit mense Februario anno 1923. Reliquum tempus ad institutionem iuvenum novitiarum omnino dedicavit.

Die 18 mensis Decembris anno 1923 Serva Dei ob ingravescentia cordis incommoda mortali e vita migravit. Sequenti die 20 eiusdem mensis exsequiae celebratae sunt. Populus, parochi, religiosae consociationes, magistratus civiles et primores scholarum adfuerunt magnum et sincerum obsequium praebentes corpori eius, testimonium verax famae sanctitatis ostendentes. Hodie exuviae Matris Mariae Laurae Baraggia in sacello Congregationis Domus Principis in pago Brentana asservantur.

Fama sanctitatis perdurante, a die 10 mensis Iunii anno 1992 ad diem 5 mensis Iulii anno 1993 iuxta Curiam Metropolitanam Mediolanensem dioecesana Inquisitio celebrata est, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum est approbata per Decretum diei 9 mensis Decembris anno 1994. Exarata *Positione,* disceptatum est an Serva Dei heroum in modum virtutes exercuisset.

Positivo cum exitu die 12 mensis Decembris anno 2013 Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus habitus est. Patres Cardinales et Episcopi Ordinaria in Sessione congregati, me Angelo Amato praesidente, agnoverunt Servam Dei virtutes theologales, cardinales et adnexas heroicum in gradum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Laurae Baraggia, Fundatricis Congregationis Sororum Familiae a Sacro Corde Iesu, in casu et ad effectum de quo agitur*.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 26 mensis Aprilis a.D. 2016.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
*Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

## PREMISLIENSIS LATINORUM

**Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Venantii Katarzyniec (in saeculo: Iosephi) Sacerdotis Professi Ordinis Fratrum Minorum Conventualium (1889-1921)**

## DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus et mundo corde» (*Ps* 24, 3-4).

Cordis integritas et actionum candor spiritualitatem Servi Dei Venantii Katarzyniec denotaverunt: in sequela Asisiensis Pauperculi laetitia et sollertia incedit et evangelicae perfectionis montem ascendit.

Servus Dei die 7 mensis Octobris anno 1889 in pago v.d. *Obydów,* Imperii Austro-Hungarici olim in finibus, natus est et tribus post diebus nomine Iosephi sacro fonte lustratus est. Utraque familia maiorum Polona et catholica fuit, rustica traditione illorum temporum socialibus circumstantiis et agellum possidere et laborem pro aliis exercere potuit.

Ab anno 1896 ad annum 1900 Servus Dei primos quattuor annos ludi in pago *Obydów* frequentavit. Illo tempore ad sanctam Eucharistiam primitus accessit et Confirmationem suscepit. Illa sua aetate, religiosa facultate et disciplina iam distinguebatur, exemplum aequalibus praebens suadensque eos ne malas actiones agerent; constantissimus fuit autem in oratione.

Sequentibus annis scholam in pago v. *Kamionka Strumiłowa* frequentavit, quotidie pedestrem cursum conficiens per undecim chilometra et perveniens ad tempus pro Missae in celebratione inserviendo iuxta paroecialem ecclesiam ante lectiones suas. Deinde ad pagum v. *Radziechów* se contulit, ut scholam rudimentorum et postea scholas magistrales Leopoli frequentaret, ibique resedit et locationis pretium solvit lectiones privatas studentibus impartiendo. Cum Provinciali e Ministro Ordinis Fratrum Minorum Conventualium linguam latinam necessariam esse ut ipse in Ordinem ingrederet cognovisset, statim Servus Dei ei studuit et singulo anno sine magistro addidicit.

Die 25 mensis Augusti anno 1908 Iosephus vestem Fratrum Conventualium Leopoli induit, annum novitiatus incepit Venantii nomen sumens. Die 26 mensis Septembris anno 1909 temporariam professionem emisit, prius quam Cracoviam missus est ut ad studia philosophica et theologica attenderet. His annis magna spiritualis fuit progressio super argumenta iam ab

infantia digesta et altius prospecta per Franciscanam meditationem, quae eum perduxit ad quandam austeritatem rigoremque. Die 8 mensis Decembris anno 1912 sollemnem professionem emisit. Extemplo tonsuram accepit et deinde ordines minores, subdiaconatum et diaconatum. Die 2 mensis Iunii anno 1914 presbyteratu auctus est.

Per unum annum iuvenis Pater Venantius in pago v. *Czyszki* ad occidentem Leopoli, hodierna in Ucraina, paroecialis cooperatoris munere functus est, iuvenibus militibus, qui primo in mundiali bello pugnabant, subveniens.

Mense Augusto anno 1915 Leopoli requirebatur ut promagister novitiorum clericorum et, mense Septembri anno 1916, nominatus est etiam institutor clericorum professorum a votis temporaneis, qui Leopoli post annum novitiatum exiguo numero manserant, quia illa regio belli causa confinalis evenerat. Utrumque munus ille explevit usque ad anni 1919 aestatem; deinde solummodo munus magistri novitiorum usque ad annum 1920 exercuit, praeterea circulum dictum *Immaculatae Militiae* fundavit ipseque una cum novitiis Immaculatae se consecravit. Eius officium institutoris sollertia, determinatione, humilitate et rerum humanarum contemptione, et primo loco per exemplum docens feliciter explevit. In se severissimus evasit et singulares paenitentias sibi adhibuit.

Suo in officio Servus Dei temporarie a Patre Maximiliano Kolbe, hodie sancto, surrogatus est. Leopolim reliquit et aliquo tempore in pago v. *Hanaczówin* in laborum vacatione commoratus est; postea mense Septembri perrexit usque ad pagum v. *Kalwaria Paciawska.* Anno 1918 Provincialis Minister Ordinis ei iniunxit, ut saepe secundum necessitates ob continuas phthisis accessiones conquiesceret, quo morbo et soror et conterranei mortui erant. Etiam substitutio Patris Maximiliani Kolbe solummodo per mensem unum et dimidium evenit, quia et ipse abire debuit ut eodemque de morbo curaretur.

Omnibus in istis vicissitudinibus Pater Venantius constanti perfectionis appetitu eminuit, qui variis in humanis experientiis eius itineris ostendebatur. Eius spiritualis institutio secundum Franciscanam rationem evenit, qua re severitate et disciplina per aequabilitatem et humanitatem mitigata se gessit. Fides totam vitam eius exanimavit et impellit exercitium virtutum usque ad heroicitatis culmen. Servus Dei moribus, verbis et vita propter suum orationis et abnegationis spiritum, zelo apostolico, humilitate, austeritate, integritate, exemplari vita, teneritate in amore ad Deum et denique concordia generosa et caritate erga proximos eminuit.

Ille religiosus vocationem suam et donum supernaturale vehementer dilexit. Deo omnino se tradidit fideli in sui cotidiani muneris adimpletione et ministerii in proximos. Omnino oblitus sui, Venantius simplicitate omnia ad maiorem Dei gloriam et ad salutem fidelium traduxit. Maxime amor in Eucharistiam et in Sanctam Virginem fundavit et fulsit eius personalitatem et spiritualitatem. Caritas pastoralis in eo eminentissima fuit et ipse eam firmitudine et constanti generositate exercuit.

Cum in *Kalwaria Pacławska* suo officio institutoris vacaret, valetudine non redintegrabatur, die 31 mensis Martii anno 1921 *sororem mortem* serene recepit.

Fama sanctitatis perdurante, ab anno 1950 ad annum 1951 iuxta Curiam ecclesiasticam Premisliensem Latinorum Processus Ordinarius celebratus est, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per Decretum diei 14 mensis Iunii anno 1991 est approbata. Exarata *Positione,* disceptatum est an Servus Dei virtutes heroicum in gradum excoluisset. Positivo cum exitu die 30 mensis Aprilis anno 2013 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum habitus est. Patres Cardinales et Episcopi Ordinaria in Sessione congregati die 5 mensis Aprilis anno 2016, me Angelo Cardinale Amato praesidente, agnoverunt Servum Dei virtutes theologales, cardinales et adnexas heroicum in modum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Venantii Katarzyniec* (*in saeculo: Iosephi*)*, Sacerdotis Professi Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 26 mensis Aprilis a.D. 2016.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
*Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

# NEAPOLITANA

**Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Consilii a Spiritu Sancto (in saeculo: Aemiliae Paschalinae Addatis) Fundatricis Congregationis Sororum Servarum Mariae Perdolentis (1845-1900)**

## DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Adiutor meus es tu, ne me reicias neque derelinquas me, Deus salutis meae. Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me; Dominus autem assumpsit me » (*Ps* 27, 9-10).

Serva Dei Maria Consilii a Spiritu Sancto (in saeculo: Aemilia Paschalina Addatis) singulari participatione antiqui Israelis psalmistae verba sua in vita traduxit, etsi parentibus aegre orbata, in Domino hospitium et amorem invenit, evadens, vice sua, benevola mater omnibus parvulis et derelictis.

Neapoli Serva Dei die 5 mensis Ianuarii anno 1845 orta est. Parentes morti occumbentes, eam agentem fere quartum annum aetatis reliquerunt. Iuxta varios proximos familiae recepta fuit, sed nec amorem in eam nec certum munus ad eam instituendam et educandam serio assumi potuit.

Haec praecipua affectus carentia Servae Dei indolem denotavit, verecundiam et animi lenitatem in ea acuens; nec scholam frequentare nec studia regulariter attendere potuit, tamen peritissima in operibus artis sutoriae et plumariae videbatur.

Iam a pueritia vehementem propensionem ad egenos et derelictos succurrendos ostendit, figens omnem operam suam ad utilitatem afflictorum. Cura puellularum parentibus orbatarum et iuvenum derelictarum eius caritatis spiritus praecipuus ambitus fuit.

Discernens suum vocationis propositum, Aemilia, quae singularia mystica experientia cognovit, in quaedam monasteria, suorum moderatorum consilio, ingressa est, tamen ambitus contemplativus suae vocationi magis activae consentaneus non videbatur.

Anno 1870 Tertio Ordini Sancti Francisci de Sororibus Alcantarinis adhaesit et duo post annos nomen Mariae Consilii a Spiritu Sancto sumpsit. Sub signo Providentiae puellularum parentibus orbatarum globulum sollicite curare incepit, sed haec prima experientia ob impendia desiit.

Serva Dei, oeconomica ratione et amicitia moderatoris sui sacerdotis Gabrielis Rinonapoli cum Excellentissimo Domino Raphaële Ammirante novo

Episcopo Nucerino Paganorum-Sarnensi (1871-1881), Neapolim reliquit et una cum tribus amicis ad exiguum pagum vulgo dictum *Cossola* Nuceriae Alfaternae, in proxima Salernitano litori terra, migravit.

Die 13 mensis Iulii anno 1872 fundavit novam religiosam familiam dictam «Eremitanarum Saletensium», quae post aliquos annos Ordini Servorum Mariae aggregata est, nomen «Sororum Servarum Mariae Perdolentis» accipiens. Anno 1876 Serva Dei Tertii Ordinis Sancti Francisci de Sororibus Alcantarinis professionem emisit et anno 1877 decretum omnia Tertii Ordinis Sancti Petri de Alcantara privilegia largiens obtinuit.

Sorores operam educatoriam et assistentialem ad puellas omnino instituerunt, praebentes humanam et spiritualem hospitalitatem easque ad vitam disponentes. Opera valde increbuit et novas domus fundare variis in locis necessarium fuit. Decem post annos prima communitas e pago *Cossola* ad Portam Romanam Nuceriae Superioris sedem mutavit.

Annorum in decursu Serva Dei duas operas conscripsit, scilicet *Amor et Crux* atque *Iesus et Evangelium*, sed etiam quoddam *Diarium* et lucupletissimum *Epistolarium*. Istis scriptis natura spiritualis Servae Dei omnino et clare intellegitur.

Eius particulari in itinere invenitur firma et filialis adhaesio ad Ecclesiam, ardens amor in Iesum sub sacramentalibus speciebus delitescentem, tenera devotio in Virginem Perdolentem et Boni Consilii, commendatio sui in Divinam Providentiam et constans perceptio Sancti Spiritus. Eius vita apostolatus istis in spiritualibus fundamentis exstruebatur. Hoc modo illa in fragilioribus et egenioribus hominibus Domini vultum dolentem agnoscere potuit.

Iam a pueritia, familiaribus vicissitudinibus, derelictionem et solitudinem cognovit, sed recusans sterili in segregatione se recondere, maluit autem in hac propria experientia vitae apostolatum fundare. Natura verecunda et profunda propensione ad asceticam et mysticam vitam, orationem adhibuit, ad se confirmandam in angustiis et ad se muniendam contra adversa. Virginem Perdolentem uti matrem et inspiratricem vitae suae et operositatis elegit. Difficultates et tribulationes sustinendo magis Dei voluntatem erga se comprehensit, quam augescenti fide secundavit.

Quodam tempore carcinomate sinistra in mamilla adfecta, septem per annos dolores exaugescentes heroica fortitudine sustinuit. Die 11 mensis Ianuarii anno 1900 Neapoli mortali e vita migravit. Extraordinaria populi

participatio eius in exsequiis fuit singularis manifestatio famae sanctitatis. Die 28 mensis Octobris anno 1995 eius corpus e Nuceria Superiori ad sacellum ei dicatum iuxta Domum Maiorem Sororum Servarum Mariae Perdolentis translatum est.

Fama sanctitatis, a die 7 mensis Maii anno 1902 ad diem 28 mensis Novembris anno 1908 iuxta Curiam Neapolitanam celebratus est Processus Informativus, cui accessit Inquisitio dioecesana, quorum omnium iuridica validitas per Decretum diei 12 mensis Martii anno 2004 ab hac Congregatione de Causis Sanctorum approbata est. Exarata *Positione,* secundum normas disceptatum est an Serva Dei virtutes heroum in modum exercuisset. Positivo cum exitu, die 3 mensis Februarii anno 2015 Peculiaris Congressus Theologorum actus est. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 19 mensis Aprilis anno 2016, cui egomet ipse Angelus Cardinalis Amato praefui, professi sunt Servam Dei virtutes theologales, cardinales iisque adnexas in modum heroum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Consilii a Spiritu Sancto* (*in saeculo: Aemiliae Paschalinae Addatis*)*, Fundatricis Congregationis Sororum Servarum Mariae Perdolentis, in casu et ad effectum de quo agitur*.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 26 mensis Aprilis a.D. 2016.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
*Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

## LIBURNENSIS

**Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Ioannis Baptistae Quilici Sacerdotis Dioecesani Fundatoris Congregationis Filiarum a Crucifixo (1791-1844)**

## DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Si fuerint alicui centum oves, et erraverit una ex eis, nonne relinquet nonaginta novem in montibus et vadit quaerere eam, quae erravit? [...] Sic non est voluntas ante Patrem meum, qui in caelis est, ut pereat unus de pusillis istis» (*Mt* 18, 12-14).

Haec evangelica verba Servum Dei Ioannem Baptistam Quilici, ut continua relatione cum Iesu Redemptore, unico vitae ac sacerdotalis ministerii exemplo, caritatis fines suae magis magisque proferret, sane excitavit. Redemptiva ipsa sollicitudo, alta Crucis mysterii contemplatione, gradus illius direxit optionesque inspiravit.

Servus Dei die 26 mensis Aprilis anno 1791 Liburni humili genere est ortus. A parentibus christiane educatus, Barnabitarum collegium necnon Dominicanorum ecclesiam a puero frequentavit atque, undevicesimo ineunte saeculo, in eadem nativa civitate, bellis napoleonicis vastata ac pauperata, nimirum crevit. Ex suorum miseriae concivium contactu Deique Verbi auscultatione vocationem ad vitam consecratam maturavit atque ad Fratres Praedicatores initio accessit, sed anno 1811, ob illius religiosae familiae suppressionem, flagitavit ut in saecularem clerum ingrederetur. Seminario dioecesano clauso, apud Barnabitarum Scholam Theologicam, dum in domo sua vivebat, iter formativum percurrit. Die 13 mensis Aprilis anno 1816, Sabato Sancto, ordinationem sacerdotalem recepit.

Viginti circiter annos fuit vicarius paroecialis ecclesiae urbanae S. Sebastiani atque ab anno 1835 usque ad mortem curio novae Ss. Petri et Pauli paroeciae. Presbyterale ministerium esse sacerdotii Christi continuationem conscius, semper se vocari sentiit, misericordiae reconciliationisque instrumentum factum, ut ardentem dominicam caritatem exciperet. Apostolica cum alacritate pastoralia munera obiit, evangelizationi in modis, locis insolitisque quoque horis, ut omnes assequeretur, sese tradens, animos movens et conversiones operans. Reconciliationis ministerium, quod explevit longas horas in confessionali degens, Verbi nuntiandi et Eucharistiae panis

frangendi naturalis fuit exitus, ea mente ut Dei misericordia ac benignitas omnibus praeberentur.

Claris virtutibus humanis praeditus, temporibus satis turbidis ille credibilis amoris Patris testis praesertim «in existentialibus suburbiis» exstitit. Iesu Redemptoris, amoris causa crucifixi, contemplatio ad quaerendos fratres, in quibus Christun agnoscebat, super urbis vias eum duxit. Servus Dei pater orphanorum custosque tum puerorum tum adulescentium, qui in derelictione et ignorantia vivebant, est factus necnon capitis quoque periculum, ut iuvenibus meretricio deditis liberationem ac dignitatem redderet, adivit. Humanam spiritualemque illorum qui carcere detinebantur causam suscepit; pro indigentibus, infirmis familiisque, quibus obviam in vicis pauperioribus et famosioribus fiebat, est enixus; his «dulcis omnium semper pater», sicut iisdem a multis appellabatur, ianuas iisdem, qui in Dei filiorum dignitate crescerent, aperiens, spei novaeque vitae signum evasit.

Inter annos 1828 et 1835, Providentiae necnon Magni Ducis Familiae ac magnanimorum Liburnensium auxilio confidens, Institutum Caritatis a S. Maria Magdalena pro custodiendis iuvenibus mulieribus conversis et puellis periclitantibus difficultates adversasque res incredibiles aedificavit. Ut mundo muliebri hospitalitem, educationem novasque vitae opportunitates praeberet, ephebea, scholas et officina aperuit. Anno 1840 una cum iuvenibus magistris, quae institutoriae eiusdem missionis erant pridem participes, Congregationem Filiarum a Crucifixo condidit. Quarum formationem curavit et charisma delineavit: Iesu Redemptoris amorem perpetuo ostendere, parvulis vita vulneratis deserviendo.

Servi Dei spiritualitas Crucis mystica pependit: Crucifixi amor eum induxit ad Creatoris vestigium in quoque homine perscrutandum. De Sanctissimi Sacramenti adoratione contemplationeque Iesu Crucifixi, quem in longiore oratione nocturna et in fratribus inveniebat, roborem ac spem depromebat. Spiritualitas marialis, quam ille vixit et Dei populo transmisit, integra fidei vitae erat pars in Redemptivi Amoris mysterio. Quo sub lumine Mariam vidit praesentem tamquam humanae cooperatricem salutis gratiaeque mediatricem. Pro fratrum dilectione iustitiae quaesitio ad illimitatum apostolatum, qui dissensiones et calumnias illi attulit, eundem perduxit. Servus Dei ullum periculum numquam recusavit, sed perseverans fuit, patiens et in sententiis suis firmus usque ad mortem, in magis magisque plena adhaesione cum Iesu Pastore Bono vitam terens.

Liburni die 10 mensis Iunii anno 1844, in Corporis Domini sollemnitate, urbi et Ecclesiae clari testimonii evangelici memoriam relinquens, ad Deum abiit.

Ob hanc sanctitatis famam, qua Servus Dei in vita et post mortem continenter floruit, a die 17 mensis Iunii anno 1994 ad diem 20 mensis Iunii anno 1998 apud Curiam Episcopalem Liburnensem est instructa dioecesana Inquisitio, cuius validitas iuridica Decreto die 12 mensis Novembris anno 1999 ab hac Congregatione de Causis Sanctorum agnita est. *Positione* confecta, disceptatum est, iuxta consuetudinem, an Servus Dei more heroum virtutes christianas exercuisset. Die 10 mensis Decembris anno 2013 Sessio Consultorum Historicorum est facta. Die 20 mensis Octobris anno 2015 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum prospero cum exitu locum habuit. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 1 mensis Martii anno 2016, cui egomet ipse Angelus Cardinalis Amato praefui, professi sunt Servum Dei virtutes theologales, cardinales iisque adnexas in modum heroum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Ioannis Baptistae Quilici, Sacerdotis Dioecesani et Fundatoris Congregationis Filiarum a Crucifixo, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 3 mensis Martii a.D. 2016.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
*Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

# CORDUBENSIS

**Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Nivalis Sanchez Fernandez (in religione: Mariae Nivalis a Sacra Familia) Religiosae professae Filiarum Mariae Scholarum Piarum (1900-1978)**

## DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Laetitia et amor erga bonum Deum nostrum perfundit me. Quanto amore et studio sibi illum nos elegit!».

Sententia haec, quam Serva Dei Maria Nivalis Sanchez Fernandez saepe dictitabat, eius naturam spiritualem bene et plene describit, quae vehemens gaudiosa et in gratia scienter radicata evasit.

Serva Dei die 2 mensis Maii anno 1900 in pago *Villanueva de Cordoba* in Hispania, non longe ab illa inclita urbe Vandaliciae, nata est. Quinta septem fratrum fuit, in familia bene constituta latifondiorum dominorum, a quibus humanis litteris et christiana doctrina recte instituta est. Postea privatum collegium suo a patre fundatum frequentavit. Humanitatis studia explevit iuxta Cordubense Collegium Sanctae Victoriae, quod a Sororibus Scholarum Piarum vulgo *Scolopiae* regebatur.

Illis in annis, duo casus eius in animo maxime gravati sunt: primus repentina patris mors, quae comprehensibiliter familiam perturbavit, alter clara intellectio suae vocationis ad vitam omnino consecratam. Voluit ergo ingredi in Congregationem Sororum Scholarum Piarum. Matris eius desiderio, duos amplius annos in familia commorata est, domesticis in rebus generose cooperans semperque in animo propositum vocationis custodiens. Anno 1920 in conventum ingressa est, nomini suo dictionem «Sacratae Familiae» addit et duos post annos novitiatus temporariam professionem emisit, cui die 12 mensis Septembris anno 1925 perpetua accessit. Servam Dei superiores varias in domus Instituti miserunt ut alumnas subsidiaret et linearis picturam doceret. Interdum in Hispania cruentissimum civile bellum inter annos 1936 et 1939 flagravit, quod terribilis persecutio contra Ecclesiam praevenit et successit. Serva Dei vexationem pati non est coacta, tamen collegium Cordubense militum valetudinarium factum est. Iuvenis soror una cum suis sororibus in infirmorum ministerium dedita fuit, omnibus magnae bonitatis et famulatus spiritus memoriam reliquit.

Bello absoluto, facta est magistra novitiarum et in sedem pagi *Caraban-*

*chel* transmigravit. Etiam hoc novo munere soror Maria Nivalis generose studuit ut iuvenibus exemplum consecratae vitae, maxime in illo tempore, dum adhuc materiales et morales recenti belli necessitates gravant, preberet. Anno 1955 officium illud amisit et ad collegiorum multorum activitates participavit et antistita communitatis urbis *Puy* facta est. Paulo post Matritum se transferre debuit, quia eius valetudo sollicitudines complures attulit. Medicae inquisitiones enim cancrum osseum invenerunt. Hunc casum evertitorem illa sustinuit et summa fide et magna animi vi etiam contulit.

Concilii annis et sequentibus Serva Dei curavit ut Congregatio tempori suo adaequaretur.

Omnibus istis rebus Serva Dei eximium testimonium peribuit absolutae consecrationis Domino, in profundissimae vitae interioris itinere, quae tamen de proximorum necessitatibus semper fuit sollicita. Mulier fuit aequabilis et animosa, gratiae actioni semper fuit inclinis, Maria Nivalis de eucharistico fonte magnam spem exhausit, quem maxime rebus in adversis ostendit suae vitae et sui ministerii in alumnas, quas materno amore semper dilexit. Cursus eius, inceptus et nutricatus in familiari institutione, explicit alacri et generosa promptitudine erga alios, quae maxime eam exemplum cotidianae heroicitatis fecit. Magna fuit eius simplicitas, singularis patientia in ineluctabilibus difficultatibus et insignis capacitas propagandi laetitiam et tranquillitatem in proximos.

« Praeterita ne recogitato et nova semper inchoato »: haec erat eius sententia, veram et fundatam spem manifestans. Moderatrix novitiatus sororum studuit ut fidelitas innovaretur. Absolutus amor in Deum et sincera caritas in proximum totam vitam eius denotaverunt. Serva Dei filialem cultum erga Virginem Mariam exercuit, quae exemplum absolutae deditionis in Dominum et iucunditatem in omnes fuit.

Morbus mense Februarii anno 1978 ut cancer coli denuo se exibuit et quamvis chirurgica sectio adhiberetur, tamen post extraordinarios dolores in corpore et in animo, die 1 mensis Maii anno 1978, Serva Dei mortali e vita pie migravit.

Perdurante fama sanctitatis, a die 20 mensis Februarii anno 1992 ad diem 10 mensis Ianuarii anno 1994 iuxta Curiam Cordubensem Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitas, per Decretum diei 25 mensis Novembris anno 1994, ab hac Congregatione de Causis Sanctorum est approbata. Exarata *Positione,* disceptatum est secundum suetas normas

an Serva Dei virtutes heroum in gradum exercuisset. Die 18 mensis Novembris anno 2014, positivo cum exitu, Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus habitus est. Patres Cardinales et Episcopi Ordinaria in Sessione die 23 mensis Februarii anno 2016 congregati, me Angelo Cardinale Amato praesidente, Servam Dei virtutes theologales, cardinales et adnexas heroum in modum exercuisse agnoverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Nivalis Sanchez Fernandez* (*in religione: Mariae Nivalis a Sacra Familia*), *Religiosae Professae Filiarum Mariae Scholarum Piarum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 3 mensis Martii a.D. 2016.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
*Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

## OVETENSIS

**Beatificationis seu Declarationis Martyrii Servorum Dei Ianuarii Fueyo Castañon Sacerdotis Dioecesani et III Sociorum Christifidelium Laicorum († 1936)**

## DECRETUM SUPER MARTYRIO

«Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum; secundum magnitudinem brachii tui superstites relinque filios mortis» (*Ps* 79, 11).

Iesu Paschali in mysterio etiam terribilis inhumanaque mors significationem suam et virtutem invenit. Haec fuit fides, qua Servi Dei Martyres Ovetenses fulserunt: Dominus gemitum eorum audivit, servans eos in fide, cladem eorundem in coronam gloriae mutavit. Historia eorum martyrii accidit cum tertio in decennio XX saeculi Hispania magno in discrimine esset.

Die 14 mensis Aprilis anno 1931, rege Alfonso XIII exsule, secundum bellum Hispanicum incepit, vix uno mense postquam res publica renuntiata est, proposita et cogitationes contra Ecclesiam et contra christianos graviter invalescere inceperunt, una cum frequentibus actionibus violentiae erga religiosos et laicos, qui de rebus publicis et politicis omnino alieni erant.

Ab anno 1936, post victoriam Frontis Popularis, quae a sectatoribus socialismi, communismi et anarchiae constabat, et post belli civilis initium, violentiae et persecutio contra religionem perpetrabantur et multissimae ecclesiae dirutae sunt ac multa milia hominum interfecti sunt. Hoc locorum ambitu et politico habitu illud tempus denotabatur, ex quo plurimae adgressiones, profanationes, minae, violentiae et excidia evenerunt. In numero multorum fidei martyrum, qui sanguinem suum efuderunt illo in crudeli casu, referendi sunt isti Servi Dei, qui Ovetensis dioecesis in finibus morte occubuerunt.

Eorum ordinis caput fuit sacerdos Ianuarius Fueyo Castañón, qui Linariae anno 1864 natus erat et anno 1887 presbyteratus ordinem suscepit et qui parochus pagi vulgo dicti *Nembra* erat cum martyrium passus est.

Eiusdem paroeciae fuerunt etiam Servi Dei Secundus Alonso González et Isidorus Fernández Cordero, uterque laicus et coniugatus et Antonius González Alonso, qui autem Ordinis Praedicatorum erat professus et qui, salutis causa votis exemptus, in pago *Moreda* degebat.

Ianuarius Fueyo Castañón, summa vita interiori, singularem cultum erga Eucharistiam maxime exercens, sollertissimus pastorali in officio evasit et

nocturnam praecipue adorationem fovit. Etiam alii Servi Dei summa fide praestabant et verax christianae vitae testimonium tam in familiae ambitu quam eorum officiis praebebant.

Cum politicae condiciones ingravescerent, Reverendus Dominus Ianuarius, qui a militibus Frontis Popularis iam observabatur, mense Augusto anno 1936 pagum *Nembra* reliquit et iuxta fratrem suum sacerdotem in pagum *Moreda* perfugit. Hic autem agnoscebatur et statim in carcerem deductus est, quamquam soror pecunia corrumpere custodes temptabat, Servus Dei in pagum *Nembra* reductus est.

Etiam Secundus Alonso González confugere temptavit, ut tutus esset, sed iam praecedenti mense Iulio deprehensus est. Servus Dei praeerat Consociationi pro Adoratione nocturna et syndicatui Catholicorum Minatorum: hac re, persecutores eum valde appetebant. In eum enim immodico odio carnifices saevierunt, quem milites equitantes post se ligatum in manibus et pedibus usque ad *Nembra* pertraxerunt, hic iterum iterumque ceciderunt et omni modo humiliaverunt, denique damnaverunt ad opus.

Isidorus Fernández Cordero, in eodem pago, sua in domu deprehensus est. Remissus in pagum *Murias* iuxta parentes suos confugit, hic rursus deprehensus est et ad eandem sortem eius amici secundi Alonso González milites eum destinaverunt. Die 21 mensis Augusti tres Servi Dei, deducti in ecclesiam, interfecti sunt.

Idem casus evenit Antonio González Alonso, qui post saevissimis vexationibus die 11 mensis Septembris iuxta locum dictum *Alto de Santo Emiliano* occisus est.

Servi Dei imparati ad martyrium non accesserunt. Enim vehementi spiritualitate probati, humiles, fideles, zelantes et caritate pleni erant.

Coram persecutoribus serene et firme steterunt et offensas crudelioresque hostilitates placide sustinuerunt. Sancta audacia, eorum in cordibus a Paraclito infusa, inter indicibiles dolores fidem noluerunt obiurare nec sacras res profanare et ad cruentam finem se dederunt iisdem misericordiae affectibus «quibus et in Christo Iesu» (*Phil* 2, 5).

Fama martyrii Servorum Dei in communitate Ecclesiae increbuit, qua re a die 15 mensis Iulii anno 1997 ad diem 12 mensis Septembris anno 2000 iuxta Curiam Ovetensem Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitas per Decretum diei 26 mensis Aprilis anno 2002 ab hac Congregatione de Causis Sanctorum est approbata. Exarata demum *Positione,* die 30

mensis Aprilis anno 2015 Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus habitus est, positivo cum exitu. Patres Cardinales et Episcopi Ordinaria in Sessione diei 12 mensis Ianuarii anno 2016 congregati, me Angelo Card. Amato praesidente, agnoverunt supradictos Servos Dei interfectos esse ob fidem in Christum et in Ecclesiam.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinale Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Franciscus, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servorum Dei Ianuarii Fueyo Castañón, Sacerdotis Dioecesani, et III Sociorum, Christifidelium Laicorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 21 mensis Ianuarii a.D. 2016.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
*Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

# HERBIPOLENSIS

**Beatificationis seu Declarationis Martyrii Ven. Servi Dei Engelmari Unzeitig (in saeculo: Huberti) Sacerdotis Professi Congregationis Missionariorum de Mariannhill (1911-1945)**

## DECRETUM SUPER MARTYRIO

«Quis nos separabit a caritate Christi? Tribulatio an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius? Sicut scriptum est: "Propter te mortificamur tota die, aestimati sumus ut oves occisionis". Sed in his omnibus supervincimus propter eum, qui dilexit nos» (*Rm* 8, 35-37).

Pauli Apostoli fervida professio revocatur in humanis, christianis sacerdotalibusque eventibus Servi Dei Engelmari Unzeitig, qui brevi in vitae cursu vividum testimonium summae adhaesionis Domino et generosi ministerii erga fratres praebuit.

Servus Dei natus est die 1 mensis Martii anno 1911 in vico d. *Greifendorf,* in regione *Schoenhengst,* Orientali in Moravia, illa in aetate, sub ditione Imperii Austriae et Hungariae et in ecclesia parochiali illius loci baptizatus est.

Eius familia vehementer catholica et locus originis pristino christiano more demandaverunt, una cum forti institutione religiosa et consuetudine animi attentionis erga alios, mutuae necessitudinis hominum et participationis, quae semper cum eo comitarentur.

Orbatus patre sextum annum aetatis agens et expleto cursu institutorio minore, adhuc parvulus Hubertus necessitate laborare pro matre et sororibus impulsus est.

In iuventute clare et fortiter vocationem ad religiosam vitam animadvertit et, comprobata a familiaribus electione, receptus est iuxta Seminarium Patrum Missionariorum de *Mariannhill* ubi studia gymnasii incepit et maturitatis experimento optime probatus est, expleto novitiato, sacra vota emisit, nomen Engelmari suscipiens. Dum haec gerebantur, de diligentia, prudentia et sedulitate tam a superioribus quam a sodalibus valde aestimabatur. Anno 1939 Servus Dei Herbipoli sacris ordinibus initiatus est, post primas pastorales experientias, nominatus est parochus auxiliaris in vico *Glockelherg* in Boemia, cuius in ditione erat regio Germanorum Sudetorum, qui benevole adiunctionem ad ditionem Adulfi Hitler acceperunt.

Examine publico expleto, iuxta scholam primariam illius loci religiosam doctrinam docere incepit. Ministerium suum semper fuit summae Deo consecrationis per vitam sacerdotalem in humilitate et benigna sedulitate, nihil aliud nisi Regni Dei aedificationem quaerens.

Omni in die iuvenis sacerdos Christo unionem oratione, sacramentorum ministerio, fide in votis religiosis, sedulitate in instituendis iuvenibus, amore in pauperibus male laborantibus confirmabat.

Fanatismus et violentia ad vitam eius iam appropinquaturi erant: enim politicae contentiones iam augebantur propter bellum totius orbis et Servus Dei Nationalis Socialismi cum regimine se illigare noluit et veritatem commodis potestatis, persecutionem collusioni cum corruptoribus animarum fidelium anteposuit.

Propter hoc a regimine politico rei publicae suis opinionibus funestissimus existimatus est, anno 1941 a publicae securitatis ministris comprehensus est et in vincula Lentiae ductus est, sine sententia, ad campum deportationis in loco *Dachau* in Bavaria latus. Hoc in loco complures res adversas omni in die aequo animo et absoluta fiducia Divinae Providentiae suscipiens eximium testimonium suae fidei perhibuit. In relegatione, iniuriae et impotentiae animum eius non minuerunt nec anxietate sollicitaverunt, sed spei et lenitatis occasionem praebuerunt eiusque virtus ad gestus vere heroicos pervenit. In eo semper erga proximos ardebat amor et ad suum ministerium iuxta captivos ex Russia deportatos exercendum lingua Russica didicit loqui. Eius testimonium fidei et fortitudinis illis in annis fuit culmen itineris fidelitatis erga Christum. Servi Dei caritas erga alios captivos postea tradidit memoriam eius ut «angelum de Dachau». Terribilis fuit pugna quam regimen v. d. *nazista* commisit erga adversarios efferati propositi sui. His moribus intellegi debent vicissitudines Servi Dei. In cruda captivitate iniurias et discrimina accepit, una cum impetu et privationibus omnium bonorum etiam necessariorum ad valetudinis curam, quod maximos attulit corporis atque animi dolores ac vehemens detrimentum. Etiam mors sua pertinet ad hanc antichristianam condicionem, cuius logica fuit consecutio.

Contagione typhi exarsa in campo publicae custodiae in hieme anni 1944 Servus Dei etsi eventus sibi exitialis conscius, sua sponte se obtulit ut aegribus assisteret et fide solacium praeberet.

Singulare testimonium victoriae amoris contra omnes sevitias et inhumanitatem constituens ipse, a morbo infecto, vitam deseruit vix trigesimum quartum annum aetatis agens in Dachau die 2 mensis Martii anno 1945.

Fama sanctitatis et martyrii, iuxta Curiam Episcopalem Herbipolensem a mense Iulii anno 1991 ad mensem Iunii anno 1996 celebratus est Processus Informativus, cui accessit Processus Rogatorialis iuxta Curiam Dioecesanam Rottenburgensem-Stutgardiensem in mense Octobri anno 1991, iuridicam horum Processuum auctoritatem approbavit haec Congregatio de Causis Sanctorum per Decretum editum die 11 Ianuarii anno 2002. Summo Pontifice Benedicto XVI iubente, die 3 mensis Iulii anno 2009 editum est decretum super virtutibus heroicis. Denique statutum est exquirere etiam assertum martyrium. Exarata *Positione,* die 3 mensis Martii anno 2015 Congressus Peculiaris habitus est Consultorum Theologorum, positivo cum exitu. Patres Cardinales et Episcopi in sessione ordinaria die 19 mensis Ianuarii anno 2016 congregati, me Card. Angelo Amato praesidente, agnoverunt supradictum Servum Dei suam dedisse vitam ut fidelis Christo et Ecclesiae maneret.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinale Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Franciscus, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit *Constare de martyrio eiusque causa Ven. Servi Dei Engelmari Unzeitig, Sacerdotis Professi Congregationis Missionariorum de Mariannhill, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 21 mensis Ianuarii a.D. 2016.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
*Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

## NOVARIENSIS seu BITURICENSIS seu VICARIATUS APOSTOLICUS PAPUASIAE

**Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Henrici Baptistae Stanislai Verjus ex Congregatione Missionariorum Ss.mi Cordis Iesu Episcopi tit. Limyrensis Coadiutoris Vic. Ap. Novae Guineae (1860-1892)**

## DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi» (*Mt* 28, 19-20).

Hoc Domini invitamentum accipiens et Evangelium amoris misericordiaeque evulgans, Servus Dei Henricus Baptista Stanislaus Verjus veram vocationem et desiderium suum praecipuum scilicet missionarius esse remotis Oceanensibus in finibus consecutus est.

Servus Dei die 26 mensis Maii anno 1860 Olegii prope Novariam, minor natu duorum fratrum, ortus est. Pater regius carabiniarius in commeatu fuit. Tempore illo secundum bellum independentiae (1859-1861) saevibat, quod brevi tempore motum politicae unificationis peninsularis Italicae festinavit, Italici Regni exordium determinans. Tamen belli pretium Sabaudorum et Nicensium finium cessio Galliae fuit, qua re eius familia sedem in vico *Seynod* in Gallia mutare debuit, ubi parvus Henricus primum ludum frequentare potuit atque die 10 mensis Iunii anno 1867 Confirmationis accepit sacramentum et die 5 mensis Aprilis sequenti anno primitus ad Eucharistiam accessit.

Henricus iam a pueritia christiane institutus est et, cum postea ad adulescentiam perveniret, vocationem sacerdotalem et missionariam sequi voluit, de qua prima signa perceperat. Qua re in Congregationem Missionariorum Ss.mi Cordis Iesu ingressus est et, expleta institutione votisque die 15 mensis Februarii anno 1878 prolatis, die 1 mensis Novembris anno 1883 presbyteratu auctus est.

Anno Romae transacto, in Galliam rediit et Massilia profectus est ad Insulam Henosean, die autem 28 mensis Ianuarii anno 1885 Sydneium pervenit. Una cum tribus aliis fratribus, Pater Henricus ad insulam v.d. *Thursday Island* advenit, quae est in meridionali parte freti Torrensis separantis Australiam a Nova Guinea. Post difficilem traiectum una cum fratribus

coadiutoribus ad insulam *Yule* pervenit. Ipse primus catholicus missionarius die 1 mensis Iulii anno 1885 insulam illam adtigit, quae hodie sub dicione Novae Guineae cadit. In insula primam catholicam missionariam mansionem instituit et sacrificium Missae primitus celebravit. Sequentibus septem annis Servus Dei magnam operam missionariam exauxit, fidem et humanum incrementum illius populi fovendo, recurrentibus morbis laboravit et privationes fere intollerabiles sustinuit.

Anno 1889 Episcopus coadiutor Vicariatus Apostolici Novae Guineae nominatus est. Studium et opera eius amplificabantur, ut ostenditur compluribus eius visitationibus in pagos, scriptis eius spiritualitate redundantibus, crebris relationibus cum sacerdotibus et fidelibus. Ad annum 1889 iam decem missionariae mansiones numerabantur.

Ad instar Christi Boni Pastoris, Dominus Henricus Baptista Verjus humilis servus Verbi, fidelis, generosus et promptus ad Spiritus afflatum et ad temporum necessitates evasit. Sacerdos et Episcopus limpidus simplici sua in austeritate fuit, in spiritu orationis et in comtemptu mundi. Eius spiritualitas eminet perfectionis constanti inquisitione, quae variis circumstantiis vitae ostendebatur.

Singularissimo fervore in adiunctis saepe difficillimis Evangelium evulgavit. Spiritus orationis mortificationisque, zelus apostolicus, integritas, exemplaritas, teneritas in amore erga Deum, certa denique concordia et caritas in proximos: haec omnia Servi Dei ex tractu, verbis et vitae consuetudine elucent. Eiusdem spiritualitatisque maxime amor in Eucharistiam et in Sanctam Virginem firmissimum fundamentum fuit.

Die 7 mensis Aprilis anno 1892 Servus Dei brevi tempore ad valetudinem redintegrandam et ad stipes colligendas denique ad novos homines inveniendos pro missionibus redire in Europam voluit. Mense Octobri Romam pervenit, ut in colloquium cum Praefecto Congregationis de Propaganda Fide veniret, postea a Summo Pontifice Leone XIII admissus est. Deinde ad pagum natalem ivit, ut matrem suam videret, sed repentina pleuropulmonites cum prodromis meningitis eum arripuit et paucis diebus eum ad mortem perduxit. Die 1 mensis Novembris Extrema Unctione recepta, Servus Dei die 13 eiusdem mensis anno 1892 mortuus est.

Fama sanctitatis a die 12 mensis Martii anno 1929 ad diem 9 mensis Novembris anno 1934 iuxta Curiam Vicariatus Apostolici Papuasiae Processus Informativus celebratus est, dum Quebeci, Annecii et Sydneii Processus

Rogatoriales ab anno 1929 ad annum 1935 habebantur, quorum omnium validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per Decretum diei 15 mensis Februarii 1958 est approbata. Exarata *Positione,* disceptatum est an Servus Dei virtutes heroicum in gradum excoluisset. Positivo cum exitu, die 8 mensis Ianuarii anno 2015 Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus habitus est. Patres Cardinales et Episcopi Ordinaria Sessione diei 23 mensis Februarii anno 2016 congregati, me Angelo Cardinale Amato praesidente, Servum Dei virtutes theologales, cardinales et adnexas heroicum in modum exercuisse agnoverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Henrici Baptistae Stanislai Verjus, ex Congregatione Missionariorum Ss.mi Cordis Iesu, Episcopi tit. Limyrensis et Coadiutoris Vic. Ap. Novae Guineae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 3 mensis Martii a.D. 2016.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
*Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

# CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

## PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Franciscus Pp., per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit Praesules:

*die 3 Februarii 2018.* — Cathedrali Ecclesiae Ipialensi, R.D. Iosephum Saulum Grisales Grisales, e clero dioecesis Sonsonensis-Rivi Nigri ibique hactenus Vicarium Generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Istminanae-Taduanae, R.D. Marium a Iesu Ávarez Gómez, e clero dioecesis Sanctae Rosae de Osos, hactenus Moderatorem Pontificalium Operum Missionalium in Columbia.

*die 5 Februarii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Leavenvorthiensi, R.D. Ioëlem M. Konzen, Societatis Mariae sodalem, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Atlantensis.

*die 7 Februarii.* — Cathedrali Ecclesiae Lagensi, Exc.mum D. Villelmum Antonium Werlang, M.S.F., hactenus Episcopum Ipameriensem.

*die 10 Februarii.* — Metropolitanae Ecclesiae Antequerensi, Exc.mum D. Petrum Vásquez Villalobos, hactenus Episcopum Portus Abditi.

— Cathedrali Ecclesiae Matiensi, R.D. Abelem C. Apigo, e clero archidioecesis Davaënsis ibique hactenus Seminarii Sancti Francisci Xavier Rectorem.

*die 12 Februarii.* — Cathedrali Ecclesiae Lancastrensi, R.D. Paulum Swarbrick, e clero dioecesis Lancastrensis, hactenus Christi Boni Pastoris paroeciae in oppido «Wokington» Curionem.

*die 13 Februarii.* — Cathedrali Ecclesiae Nelsonensi, Exc.mum D. Gregorium Ioannem Matthaeum Bittman, hactenus Episcopum titularem Caltadriensem et Auxiliarem archidioecesis Edmontonensis.

*die 14 Februarii 2018.* — Metropolitanae Ecclesiae Iarensi, Exc.mum D. Iosephum Romaeum Orquejo Lazo, hactenus Episcopum Sancti Iosephi de Antiquonia.

*die 15 Februarii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Mosae Traiectensi, R.D. Valemarum Stanislaum Sommertag, e clero dioecesis Pelplinensis, Nuntium Apostolicum, cum archiepiscopali dignitate.

*die 16 Februarii.* — Cathedrali Ecclesiae Cephaludensi, Exc.mum D. Iosephum Marciante, hactenus Episcopum titularem Thagorensem et Urbis Auxiliarem.

— Archiabbatiae territoriali S. Martini in Monte Pannoniae, R.D. Cyrillum Thomam Hortobágyi, Ordinis Sancti Benedicti sodalem atque hactenus in eodem Monasterio Priorem.

— Cathedrali Ecclesiae Herbipolensi, R.D. Franciscum Jung, hactenus dioecesis Spirensis Vicarium Generalem ibique Capituli Cathedralis Canonicum.

*die 17 Februarii.* — Cathedrali Ecclesiae Ibanae, R.D. Bartholomaeum Gaspari Santos, e clero dioecesis Malolosinae ibique hactenus Vicarium Generalem.

*die 19 Februarii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Villamagnensi in Tripolitana, R.D. Petrum Birkhofer, e clero archidioecesis Friburgensis ibique Capituli Cathedralis Canonicum, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

*die 20 Februarii.* — Episcopum Auxiliarem dioecesis Petropolitanae in Insula Longa, Exc.mum D. Robertum J. Coyle, Episcopum titularem Zabensem Auxiliarem Ordinariatus Militaris Foederatarum Civitatum Americae Septentrionalis.

*die 26 Februarii.* — Cathedrali Ecclesiae Tandagensi, R. D. Radulfum B. Dael, e clero archidioecesis Cagayanae ibique hactenus Vicarium episcopalem cleri.

*die 27 Februarii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Caltadriensi, R.D. Ianussium Ostrowski, e clero archidioecesis Varmiensis ibique hactenus Vicarium Iudicialem Adiunctum apud Tribunal Ecclesiasticum Metropolitanum

et Canonicum Capituli Collegialis in oppido «Lidzbark Warmiński», quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

*die 28 Februarii 2018.* — Cathedrali Ecclesiae Campensi, Exc.mum D. Geogium Leonem Thomas, hactenus Episcopum dioecesis Helenensis.

*die 1 Martii 2018.* — Cathedrali Ecclesiae Alaiuelensi, R.D. Bartholomaeum Buiges Oller, Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci Capulatorum a B. Virgine Perdolente sodalem, eiusdem Instituti hactenus Consiliarium Provincialem, Superiorem localem et novitiorum apud Seminarium in urbe Sancti Iosephi in Costarica Magistrum.

# CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

## DECRETUM

La situation ecclésiale du territoire des « ÌLES SAINT-PIERRE ET MIQUELON », dans l'Océan Atlantique, érigé en Préfecture Apostolique en 1763 et devenu Vicariat Apostolique en 1970, dont la Congrégation du Saint Esprit a eu jusqu'à présent le *Ius Commissionis,* a été évaluée par leurs Eminentissimes et Excellentissimes Pères du Dicastère pour l'Evangélisation des Peuples durant la Session Ordinaire du 8 janvier 2018. Les Pères ont conclu que l'on puisse supprimer le Vicariat Apostolique des « ÌLES SAINT-PIERRE ET MIQUELON », dépendant de la Congrégation pour l'Evangélisation des Peuples, et que le territoire correspondant soit uni au Diocèse de LA ROCHELLE, en France, placé sous la compétence de la Congrégation des Evèques.

Le Souverain Pontife, Pape François, durant l'Audience qu'il a accordée le 12 janvier 2018 à l'Eminentissime Cardinal Préfet de la Congrégation pour l'Evangélisation des Peuples, a décidé la suppression du Vicariat Apostolique des « ILES SAINT-PIERRE ET MIQUELON » et l'incorporation du territoire correspondant dans le Diocèse de La Rochelle, en France. Cette disposition prendra effet à partir du 10 mars 2018.

Contrariis non obstantibus.

Cité du Vatican, le 1 mars 2018.

Fernando Card. Filoni

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sua Santità il Papa Francesco ha ricevuto in udienza in occasione della presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, 16 febbraio, S.E. il Sig. BAEK MAN LEE, Ambasciatore di Corea;

Giovedì, 1 marzo, S.E. la Sig.ra ESTHER MARGARITA CARBALLO MADRIGAL, Ambasciatore del Nicaragua.

Il Romano Pontefice ha altresì ricevuto in Udienza:

Lunedì, 5 febbraio, S.E. il Sig. RECEP TAYYIP ERDOĞAN, Presidente della Repubblica di Turchia;

Venerdì, 9 febbraio, S.E. il Sig. JÜRI RATAS, Primo Ministro di Estonia;

Lunedì, 12 febbraio, S.E. la Sig.ra SHEIKH HASINA, Primo Ministro della Repubblica Popolare del Bangladesh;

Sabato, 24 febbraio, Membri della Presidenza Collegiale della Bosnia ed Erzegovina.

Il Santo Padre ha compiuto una Visita pastorale alla Parrocchia romana di San Gelasio I Papa a Ponte Mammolo il giorno 25 febbraio.

# SEGRETERIA DI STATO

## NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Francesco ha nominato:

15 febbraio 2018 Il Rev. Mons. Waldemar Stanisław Sommertag, Consigliere di Nunziatura, *Nunzio Apostolico in Nicaragua*, elevandolo in pari tempo alla sede titolare di Maastricht, con dignità di Arcivescovo.

26 » » Il Rev. Mons. Alfred Xuereb, Prelato Segretario Generale della Segreteria per l'Economia, *Nunzio Apostolico in Corea*, elevandolo in pari tempo alla sede titolare di Amantea, con dignità di Arcivescovo.

» » » Il Rev. Mons. José Avelino Bettencourt, Capo del Protocollo della Segreteria di Stato, Arcivescovo titolare di Cittanova, affidandogli allo stesso tempo l'Ufficio di Nunzio Apostolico.

27 » » S.E.R. Mons. Fortunatus Nwachukwu, Arcivescovo titolare di Acquaviva, Nunzio Apostolico in Trinidad e Tobago, Antigua e Barbuda, Barbados, Dominica, Giamaica, Saint Kitts e Nevis, San Vincenzo e Grenadine, Repubblica Cooperativistica della Guyana e Delegato Apostolico nelle Antille, *Nunzio Apostolico in Santa Lucia.*

1 marzo » S.E.R. Mons. José Avelino Bettencourt, Arcivescovo titolare di Cittanova, *Nunzio Apostolico in Armenia.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Francesco ha nominato o confermato:

6 febbraio 2018 S.E.R. Mons. Fernando Vérgez Alzaga *Direttore della Direzione delle Telecomunicazioni dello Stato della Città del Vaticano in aliud quinquennium.*

» » » L'Ill.mo Sig. Steven Chu, Professore di fisica e di fisiologia molecolare e cellulare presso la *Stanford University,* Stanford, C.A. (Stati Uniti d'America), *Membro Ordinario della Pontificia Accademia delle Scienze.*

12 » » S.Em.za il Signor Card. Seán Patrick O'Malley, O.F.M. Cap., *Presidente della Pont. Commissione per la Tutela dei Minori «in aliud triennium»;* e il Rev.do Mons. Robert W. Oliver, *Segretario della medesima Pont. Commissione «in aliud triennium».* Ha inoltre nominato: la Rev.da Suor Jane Bertelsen, F.M.D.M. (Gran Bretagna); la Rev.da Suor Arina Gonsalves, R.J.M. (India); il Prof. Ernesto Caffo (Italia); il Prof. Neville John Owen (Australia); il Prof. Benyam Dawit Mezmur (Etiopia); il Sig. Nelson Gio-

vannelli Rosendo dos Santos (Brasile); la Prof.ssa Myriam Wijlens (Paesi Bassi); la Sig.ra Sinalelea Fe'ao (Tonga); la Sig.ra Teresa Kettelkamp (Stati Uniti d'America) *Membri della medesima Pont. Commissione «ad triennium»*; e confermato S.E.R. Mons. Luis Manuel Alí Herrera (Colombia); la Prof.ssa Hanna Suchocka (Polonia); il Red.do P. Hans Zollner, S.I. (Germania); il Dott. Gabriel Dy-Liacco (Filippine); la Rev.da Suor Kayula Lesa. M.S.C., (Zambia); la Rev.da Suor Hermenegild Makoro, C.P.S. (Zimbabwe) *Membri della medesima Pont. Commissione «in aliud triennium»*.

15 febbraio 2018 Il Rev.do P. Friedrich Bechina, F.S.O., *Sottosegretario della Congregazione per l'Educazione Cattolica in aliud quinquennium.*

16 » » La Rev.da Suor Carmen Ros Nortes, delle Suore di Nostra Signora della Consolazione, finora Officiale della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica, *Sottosegretario nel medesimo Dicastero.*

NECROLOGIO

| | | | |
|---|---|---|---|
| 7 | febbraio | 2018 | Mons. Herman Fernandus Maria Münninghoff, Vescovo em. di Jayapura (*Papua Indonesiana*). |
| 8 | » | » | Mons. Agenor Girardi, M.S.C., Vescovo di União da Vitoria (*Brasile*). |
| 11 | » | » | Mons. Joseph Neil MacNeil, Arcivescovo em. di Edmonton, AB (*Canada*). |
| » | » | » | Mons. Juozas Preikšas, Vescovo em. di Panevėžys (*Lietuva*). |
| 17 | » | » | Mons. Emmanuel Kanyama, Vescovo di Dedza (*Malawi*). |
| 23 | » | » | Mons. Jesus Y. Varela, Vescovo em. di Sorsogon (*Filippine*). |
| 24 | » | » | Mons. Oscar Julio Vian Morales, Arcivescovo di Santiago de Guatemala (*Guatemala*). |
| 27 | » | » | Mons. Mariadas Kagitthapu, M.S.F.S., Arcivescovo em. di Visakhapatnam (*India*). |
| » | » | » | Mons. Joseph Danlami Bagobiri, Vescovo di Kafanchan (*Nigeria*). |
| 1 | marzo | » | Mons. Jean-Guy Hamelin, Vescovo em. di Rouyn-Noranda QC (*Canada*). |